Profundissima mente ad Cineres usq; permanemus. —

Responsum ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario, Mgcis. Consiliarijs, Ducatuum Curlandiæ. 19. Maj. 1749. Konscijs datum. —

Magnifici Domini ett.

Licetsi ad Gnosas. Dominationes Vestras, Responsum meum in Causa, cum Domino Koscinszko retardaverim, credo Gnosas Dominationes Vestras non mihi vitio, hanc Moram versuros, ex quo ad Excellentissimum Dominum pro Cancellario Regni ad Aulam Regiam commorantem, in hoc negotio scripserim. Cum vero nunc resolutionem accepi jam cassatorium Rescriptum Regium Excellentissimum pro Cancellarium Regni expedivisse, Nuntium bona Nova ferentem ago. Quoniam autem Magnates Regni hujus multum sunt solliciti, de rebus Curlandiæ, variaq; sæpe excogitata Nova Mentes plurimorum exagitant, id circo peto Dominationes Vestras ut me suis Literis certiores faciatis, præcipue de quandam futura, ac si novi Ducis Electione, Partis subjectionis contraria. Ego persvasus sum de falsitate sparsi rumoris, sed ad convincendum alios expecto a Dominationibus Vestris, clarius tamen interim maneo. ett: ett. —

Literæ Responsoriales ad Præcedentes de 7. Julij 1749. Mitaviæ datæ. —

Illustrissime ett: ett.

Tot jam hos Ducatus, urgent mala, tot ex propinquo

Iis imminent, ut nisi præsentissimæ Opi Sacræ Regiæ Majestatis, D. N. C. subjectissime inniteremur, totalis horum Ducatuum desolatio timenda esset quemadmodum Illustrissimæ Vræ Excellentiæ, ex incluso supplicii libello patebit. Quem ut Illma Vestra Excellentia sua præpollenti Commendatione ad Sm Regiam Majestatem committari dignetur est, quod humillime obsecramus. Ita enim Nomine Sacræ Regiæ Majestatis muturas Instantias, ad Aulam Russiæ de evacuandis his Ducatibus, nec amplius, vel numeroso Milite, vel Stativis, aut Hibernis infestandis felici successu, factum iri Concidimus. —
Is rumor de præsumpta hic Electione, Novi Curlandiæ Ducis, quem Illma Vra Excellentia proprio suo acutissimo Judicio, indicibus gratiosissimis, Ipsius Literis commentitium censet esse, maxime vanus, et falsus est, Siquidem nec publice, nec privatim, Consilium tale initum, nec Verbulo de eo mentio, facta est, quare non aliter reputare possumus qm istam Fabulam, ex ingenio cujusdam, Nugas venditantis, et credulis illudentis promanantem, Typis incautius, à novellarum Scriptoribus divulgatam apud Aulicos quosdam fidem uti forsan desiderijs suis accomodam invenisse, et inde latius disseminatam esse. Quare ab Illustrissima Vestra Excellentia precibus humillime contendimus, uti, si Scrupulus, cuidam Illmorum et Excellmorum Dominorum Senatorum, et Dignitariorum in mente hæserit, eundem confidentissime eximere, et assecurare dignetur, de Novi Ducis Electione, in Nostra Patria, nec cogitatum, nec consultatum esse. De cætero omni cum Veneratione et Cultu, jugiter erimus ett: ett: —

40. Literæ a Mgcüs Consiliarijs Ducatuum Curlandiæ in Negotiô cum Gsis. Kosciuszki scriptæ die et Anno ut supra Mitaviæ. —
Illustrissime etc.
Illmæ Excellentiæ Vræ gratias, quantas animus concipere potest, maximas agimus, quod preces Nostras subjectissimas Sræ Regiæ Mttis. contra Gnosos Conjuges Kosciuszkie, nup porrectas gratiosissime suffulcire dignata est, etenim tam Mandata Regia ad Ipsos Gnosos. Kosciuszkie, qm ad Commissarios certos, quibus Restitutiô Præfecturæ Ducalis Tockenhoff in casum non præstitæ, intra triduum obedientiæ, a Gnosis Kosciuszkie, forti ac militari manu paratisq Subsidijs peragenda mandabatur, mature accepimus, Gnosi vero Conjuges Kosciuszko loco obedientiæ, Mandatis Regiis debitæ, post illorum insinuationem, novas violentias et Crimina pegerunt, et modo tam horrendo processerunt, ac si Legibus omnibus soluti essent, vel potius illis, imo Authoritati Sræ Regiæ Mttis. impune illudere possent. Non morabimur hic Excellentissimam Vestram p. lixa enarratione illorum, circa quæ restitutam Præfecturæ Tockenhoff Ducalis contigerunt, hæc omnia enim, ex inclusis literis Supplicibus ad Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum, et adjacente Recessu Commissariali, satis jam patent omnem saltem Curam eo convertimus ut Gsorum Conjugum Kosciuszkie ulteriores Violentiæ refrenentur et Securitati Regiorum Commissariorum, qui expeditionem investigationis Finium in alium tempus differre obstricti fuerint satis prospiciatur, utq in primis Conjuges Kosciuszkie, ad exolutionem Summæ

Ipsis adjudicatæ, Novem Millium Ducentorum Quadraginta Duorum Imperialium adstringantur etenim si modo viderent se diversis Tergiversationibus res raptas sive Summam pro Iisdem et damnis illatis, Domui Ducali, et Gnoso Oberburgrabio adjudicatam, quæ Summa tamen damno reali quod ppessi sumus, nondum æqui pollet, retinere posse merito omnibus reliquis Conatibus Nostris irriderent, et de præda facta lætari possent. In ipsis Literis Supplicibus ad Sacram Regiam Mttem datis et modum quo ab ulterioribus violentiis illi abstrahi, et ad exolutionem Summæ Nobis p Commissarios Regios adjudicatæ, adigi possent, et Iura, quibus modus iste tuetur, exposuimus, utq; in istum modum, Securitati publicæ præsenti et futuræ, prospiciatur subjectissime rogavimus. Nihil superest, nisi ut Illmæ quoq; Excellentiæ Vestræ Salutem Domus Ducalis, suppliciter Commendemus, Demississime itaq; imploramus, dignetur Authoritate, sua quæ est maxima id apud Sacram Regiam Mttem. gratiosissime efficere, ut Gsis. Conjuges Kosciuszkie, cum in Criminalibus atrocissimis, in Statutis Regni Poloniæ ita notatis, ut illorum Causa et Nobiles sint captivandi, continuo hærentes et qui crimina contra Mandata Regia jam comissa post insinuationem, novorum Mandatorum Regiorum, de novo proterre, et horrendum in modum multiplicarunt, primum Comminatione realis Captivationis, et si nec Comminatio hæc Effectus debitos produceret, ipsa reali Captivatione, ab ulterioribus facinoribus deterreantur, et ad obedientiam Mandatis Regiis debitam adigantur, ut in istum finem Mandata ad easdem Conjuges Kosciuszkie, et eventualiter

ad Illmum Supremum Magni Ducatus Lithuaniæ, Exercituum Ducem expediantur. Res possimi exempli foret, si tam stupendæ, absq ulla Justitiæ Specie, imo contra specialissima Mandata Regia in Domum Ducalem et Generosum Oberburgrabium, ab Howen Comissæ violentiæ, et atrocissima Crimina, non satis fortiter, ac cum effectu reprimerentur. —

Omni itaq fiducia, Gratiam Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ in promovendo hocce negotio, iterum, iterumq imploramus, et omni cum submissionis Cultu permanemus. —

Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ etc: etc: etc:

Literæ quibus Mgci Supmi Consiliarij, Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ agunt gratias, Illmo. Supremo Regni Cancellario pro Manutentione Negotiorum Ducalium die et Anno ut supra scripto. —

Illustrissime etc:

Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ tanto obstricti sumus debito, quantum nec fando exprimere possumus, necdum, ut facto ipso condignas reddere grates valeamus, etenim apud Sacram Regiam Mttem. D. N. C. ab Illma Vra Excellentia, subjectissimæ nostræ Preces eo cum affectu sunt pmotæ, et Clementissima pariter ac justissima Mandata, et Rescripta tam contra Gsos. Conges Kosciuszkie, quo ad Commissas ab ijs Invasiones, Violentias, deprædationes, et Spolia in Præfectura Ducali Tockenhoff, et appertinentiis, quam et inpunctis prætensionum Gsorum. Camerarij Sacræ Regiæ Mttis. de Bucholtz, atq Capitanei Regiæ et Colonelli Locumtenentis de Brotthe

emanata sint, quibus omnia ad Juris Orbitam reducuntur. Quamvis vero Domus Ducalis, pro adeo insignibus eminentibus benefactis eo quod Justum foret retribuendo pro moderno rerum statu sit impar nihil ominus in præsens gratissimam Mentem re ipsa significare non intermittimus, et in posterum eam testari annimetur sine Vacatione omni demisso cum Cultu et Veneratione, futuri. –

Illustrissime ett.

Literæ Supplices, ad Sacram Regiam Majestatem ab Iisdem Mgcis. Consiliarijs exhibitæ, sub eadem data. –

Serenissime ett:

Summam Sacræ Regiæ Mttis: Vræ: Clementiam, qua Domui Ducali Curlandicæ Generoso Oberburgrabio ab Howen, et Generosæ Viduatæ Generali Karp contra injustissimas, Gnosorum Kosciuszko Conjugum Violentias, alacriter succurrere dignata est, submissima mente veneramur illamq; debite despiconi non valemus. –

Jam vero Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ denuo exponere cogimur, qualenus audacia Gnosorum Kosciuszko Conjugum eo processerit, quod post insinuata ipsis Mandata Regia, neque juxta tenorem istius Mandati Prædium Tockenhoff cum attinentijs, et pertinentijs, et reliqua absq; damnificatione intra Triduum deoccupaverint, neq; rapta et ablata restituerint. Sed multo magis qd horrendum, in Convulsionem Authoritatis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ, quæ Sancta semper esse debet, omnisq; naturalis, et Civilis Juris, et Justitiæ

statim post factam Ipsis prædictam insinuatio=nem Mandatorum Regiorum, nihil nisi novas rapinas, Incendia et Cædes cogitare cœperunt, et non solum ædificio certo, ad prædium Tockenhoff, spectanti ignem injecerunt, quod et Flammis plene est absumptum, sed et ad resistentiam, et ad ignem alijs ædificijs immittendum varia compararunt, et ipsam Curiam Tockenhoff de=vastare, ac Tectum fenestras, Fornaces, Januas, et similia demoliri, et partim in prædium Zagory, una cum alijs rebus, mobilibus magni valoris, et ad Domum Ducalem spectantibus, adhuc avehi curarunt. fecerunt. Et quamvis Commissarij Sæ Regiæ Majestatis illos die 11. Junij avisaverint, et certiores fecerint. Quatenus Sacra Regia Ma=jestas Vestra ipsis mandaverit, ut in casum non præstitæ obedientiæ, tempore sibi bene viso, adhibita forti ac militari manu paratisq; subsidijs, Domui Ducali restituenda, restituere, ac illos ad refusio=nem pretii rerum ablatarum, et non redditarum fructuumq; perceptorum, ac percipiendorum, et damnorum omnium condemnare debeant. Gnosi tamen Congos Kosciuszkie Authoritati Sæ Ræ Mttis Vræ illudendo et præmonitiones quasvis Commissoriales, ne effusionem Sanguinis hu=mani præbeant, spernendo Notarium, et Mini=sterialem Gnalem acerbis comminationibus, ne cum ulterioribus avisationibus ad illos redirent, deterrendo nihilominus injustissimis molimini=bus suis institerunt, et cum die 12 Junij Commis=sarij Sacræ Regiæ Mttis adhibita forti, et militari manu ad Præfecturam Tockenhoff se contulissent.

Si qui primum ibi intrarunt, non solum Disposi-
tionem Sclopetorum sustinuerunt, sed et hominem
quendam in ipso actu dum ignem alteri ædificio
injicere tentabat, invenerunt, qui ipse in flagran-
ti hoc crimine quoq; perijt, et quamvis Divina
favente Gratia, displosio Sclopetorum in hoc con-
flictu, sine magna fuerit Clade, et Commissarij
Regij, occupato Prædio Tockenhoff commissam sibi
restitutionem expediverint, Gnosi tamen Conjuges
Kosciuszkie, non veritisunt, durante ipso Actu
Commissoriali rapinas iterare, dum Greges Pecorum
ex prædijs omnibus ad Præfecturam Tockenhoff
spectantibus abigere curarunt. Sicq; cum non tam
alacriter conatus, hic malignus animadverti, ipsiq;
resisti poterat, Domum Ducalem improbissima
ratione de novo prædati sunt. Equidem Commissa-
rij S.^æ R.^æ Majestatis Vestræ res ablatas et non
redditas, fructus perceptos, ac percipiendos, Dam-
na et Expensas causatas ad Summam 9242.
Imperialium Albertinorum æstimarunt, quam
æstimationem Gnosus Consiliarius Supremus et
Oberburgrabius ab Howen Juramento corporali
coram Commissione Regia præstito confirmavit, tumq;
Gnosos. Kosciuszkie Conjuges in summam hanc
juxta Rescriptum Regium distimatam et Jura-
mento corporali confirmatam condemnarunt.
ejusq; Summæ exolutionem ijs intra Spatium
juridicum sub pœna paratissimæ Executionis
injunxerunt, prout hæc omnia ex Recessu adjacen-
te, fusius apparrebunt ast jam in antecessum
providemus, quod Gnosi Conjuges Kosciuszkie, pro
effrenata sua libidine, qua mediante hucusq;

omnia Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Legum ac Commissariorum præscripta susq; deq; habuerunt, et Decreto huic Commissoriali non sint parituri, nisi forsan mediantibus alijs Serijs mandatis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ facinorosi hi convincentur, quod gravissimos animadversionis et indignationis Regiæ effectus inevitabiliter sentire, et experiri debeant Sacram Regiam Majestatem Vestram nullatenus esse concessuram, quod isti ulterius Mandatis Regiis et Decretis Commissarialibus illudere præsumat. –
Clementiam itaq; Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ, hoc in passu eo majori fiducia imploramus quia 1.) Omni Iuri Communi Polonico, etiam et Curlandico convenit, Decretisq; Regijs, ex Serijs partium Controversijs latis firmatum est quod Spoliator nulla Legum auxilio juvari possit, nisi antea damna data omnia juxta Sententiam, a Iudice Restitutionis contra ipsum latum refuderit. –
2do.) Summa 9242. Imperialium Domui Ducali, et Gnoso Oberburgrabio ab Hoven adjudicata damnis realiter datis profecto, nondum æqui pollet, dum et ipse Oberburgrabius Hoven ne minima ex parte Conscientia ejus lædatur, Pretium rerum ablatarum magis extenuare, quam amplificare maluit, et nihilominus circa æstimationem a Gnosis Commissarijs factam Summa 2313. Imperialium adhuc a prætensione per Gnosum Oberburgrabium, et quæstorem Ducalem designata resecata est. 3tio Exemplum sine Exemplo, quod Gnosi Conjuges Kosciuszkie perpetrarunt, Nam de Finibus affectatam litem, quidem contra Instrumenta, luce meridiana clariora inchoarunt,

sed quod omnis supellectis magni valoris greges
pecorum aliaq; res quas Gnosi Conjuges Kosciuszkie
rapuerunt connexionis habent cum Finibus. —
In ipso Rescripto, ad sinistram Cancellariæ infor=
mationem expedita, et jam a Sacra Regia Majestate Vrã
cassato, quo Executio Sententiæ a qua appellatum, et
appellatio admissa erat Commissarijs, ratione finium,
quasi mandabatum præcautum erat, ne hominibus, pe=
coribus, vel alijs rebus ullum damnum inferatur.
ac Conjuges Kosciuszkie, iniquissima quaq; moliem=
tes quidquid in prædio Tockenhoff invenerunt horren=
dum in modum diripuerunt, expilarunt et prædas
ceu hostiles fecerunt, imo post insinuationem no=
vissimorum Mandatorum Regiorum crimina, ra=
pine incendiarij, ac vis publicæ, ac private adeo te=
mere perpetrarunt, ac si autumarent bona Domus
Ducalis Curlandiæ, et Incolarum rapinæ impune
esse exposita, vel nulla supesse media, quibus immo=
derata illorum facinora, refrenari vel cohiberi possint.
Saepius quidem evenit, quod varia legibus adversan=
tia ppetrentur, attamen ab illis, qui Maleficiorum Nu=
mero haberi nolunt sub quadam justitiæ Specie fiunt,
at vero Generosi Conjuges Kosciuszkie, sine ullo Ju=
ris prætextu proterve et imprudenter nescimus qua
Confidentia freti, id publice agunt, quod Malefici pæ=
næ metu clamatq; occulte facere solent. Videntur Gnosi
Conjuges Kosciuszko, nimium confidere Privilegio
Nobilium, quod scilicet non nisi jure victi sunt ca=
piendi, quodq; rigori Legum ac Judicij Criminalis, per
tantam Annorum Seriem, illudi possit, usq; dum re=
bus raptis consumptis, mors unius vel alterius inter=
veniens, Processum finit, sed meliori jure confidimus,

vanam, et hanc illorum spem futuram. In Statutis e=
nim Regni Poloniæ cautum quidem est, quod Nobilis
nullus capi debeat, nisi fuerit Iure victus, adduntur vero
in ipso Statuto hæc verba; Fur tamen latro Incendiari=
us, homicida raptor, Villarum Populator, Prædo de=
tinetur ubiq̃ et qui cautionem dare non vult. Certe
vix unicum horum supest crimen, Cujus Gnosi
Conjuges Kosciuszkie juxta præmissa rei non essent,
nam et ratione effusi circa restitutionem Præfecturæ Toc=
kenhoff, Sanguinis humani isti vero sunt Extincto=
res Candelæ, sicq̃ homicidæ.
Unicum igitur efficax superesse putamus remedium,
vi cujus Conjuges Kosciuszkie adhuc semel pro sem=
per sub comminatione Captivationis severissima,
et insequendæ paratissima, et nullis subterfugijs
declinandæ Executionis, non solum præmoneant, ut
damna data omnia Domui Ducali et Oberburgrabio
ab Howen juxta Sententiam Commissarialem
ipsis insinuatam in Summa 9242. Imperialium
Albertinorum, intra Sex 7^nas^ a tempore insinuatio=
nis Mandati Regii computandas restituant, et a qua=
cunq̃ violentia ulteriori abstineant. Sed si insimul
Sacra Regia Majestas Vræ. dignetur Illmo Supremo
Magni Ducatus Lithvaniæ Duci Exercituum, Cle=
mentissime demandare, ut in casum non præstitæ obe=
dientiæ, vel ulterioris violentiæ, ad 1^mam^ Requisitionem
Nostram, forti ac militari manu, Ipsos Gnosos Ko=
sciuszkie Conjuges capere, et Iudicio competenti trade=
re faciat. Eo magis solicite hæc omnia, a Sacra Regia
Majestate, petere cogimur, quia Regii Commissarij
investigationem Limitum inter Præfecturas Ducales, et
Bona Zagory contiguos pro facienda Sræ. Ræ. Mtti Vræ.

exactissima Relatione sibi commissa, ad aliud tempore bene visum distulerunt, hæc vero Investigatio, aliter expediri non potest, quam transeundo Saltus et tractus prætectosos, juxta fines Zagorienses, unde metuendum, ne Gsi: Conjuges Kosciuszkie, seu Possessores Finium Zagoryensium per more suo iniquissimo novo discrimini, et effusioni Sanguinis humani ansam præbeant.– Subjectissima itaq mente Sacræ Regiæ Mttis. Vestræ humillime supplicamus dignetur Clementissime, tam Securitati Commissariorum suorum Regiorum, quam et saluti publicæ, ita prospicere, ut alij ab ejusmodi detestandis conatibus deterreant omnesq animadvertant Sacram Regiam Mttem Vtram. Securitatem publicam horum quoq Ducatuum, adeo fortiter esse protecturam ut illos insultibus aliorum relictos, nemo autumare debeat, Subjectissimo atq devotissimo animi cultu ad Cineris usq permanemus.–

Responsum ab Illmo Supremo Rni Cancellario Mgcis Consiliarijs Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ, Varsaviæ 19. Julij 1749. Anno datum.

Magnifici et Gnosi Domini Amici Honorandi.
Accepi per Cursorem Ordinarium dictum Staffeten, die 13. Currentis Trinas, a Mcis. et Gsis. Dominationibus Vris Literas, una cum supplicibus ad Sam Regiam Majestatem, direxi ad Aulam, per Cursoriam diei 16.tæ eas Supplices, quæ respiciebant querimonias, Mcar. et G. Dominationum Vrorum, contra violentum agendi modum Gnosi Kosciuszko, et Curæ Excellmi, Pro Cancellarij Colegæ mei, solenniter commendavi Expeditionem

Rescripti juxta tenorem hic adjunctæ Copiæ conscripti, Insuper in Justitia Sacræ Regiæ Mttis. confido Mandata daturam Supmo Lithvaniæ Duci Contentis ejusdem Rescripti Conformia. —
Per hodiernam vero Cursoriam, representationes Magnificarum et Gnosarum Dnum Vrorum, meis comitavi ad Thronum Sacræ Regiæ Majestatis, respectu calamitatum et desolationis illius Provinciæ quæ hoc Anno Annonæ Caritate, Mortalitate pecudum taliter periclitatur, ut impossibile videat, sufficere posse ad sustentationem Coparum Russicarum, in eadem parituram Rationes Dnum. Vrorum. meque facile movebunt Animum Sræ Ræ Mttis., ad instantias faciendas, penes Aulam Petroburgicam id desuper. —
Et quoniam præteritæ assecurationes quas eadem Aula dederat tum naturales illius, cum Rege et Republica amicitiæ nexus, probant eandem jam pridem Provinciam hanc milite suo evacuavisse nisi propter sub orta circumstantias temporum necessitas congregandi illuc Militem intervenisset. Id me certiorem facit eandem Petroburgensem Aulam facilem se præstituram, in liberandis quam fieri poterit omnibus Ducatuum Incolis, totoq Territorio, ab Hybernis, alÿsq Militum Stationibus, et ad reficiendam, ab omni etiam minimo damno Nobilitatem.
Par enim necessitas, cum Russorum Triginta et aliquod Millia per Lithvaniam et Poloniam transire et redire coegisset, locum nemini, de minimo damno conquerendi relinquerunt, sed potius admirationem boni Ordinis et disciplinæ dubitandum

qua propter non est quin damna, si quæ propter Mansionem Russorum in Curlandia probabuntur resarciantur. Laudandum deniq est, quod Mcæ et Gnosæ Dominationes Vestræ dissipare curaverint, rumorem sine fundamento sparsum de futura Electione Novi Ducis, de qua questio nunquam esse nequit. —

Responsoriæ itidem, quas Principi Hassohamburgico ad id ambigenti dederunt, conformes sunt pactis subjectionis Formula Regiminis, atq Nobilitatis Fidelitati debitaq observantiæ, juxta qm demandata eisdem a Sacra Regia Majestate, Gubernij munia, adimplere debent, usq dum Celsissimus Dux Joannes Ernestus absens extiterit. Omnem interea meam operam, studiumq præbebo, ut res feliciter juxta optata Mcorum: et Gnosorum Dominationum Vrarum Succedant, mediaq prosequar opportuniora faciendi finem intestinis dissensionibus, totq alijs malis, quibus Succumbere, Dominationes Vræ timent. Quod Deo Optimo Maximo adjuvante, spero effecturum per validissimas Sræ Ræ Mttis. Instantias et Protectionem. —

Literæ a Serenissimo Friderico Carolo Duce Landgravio de Hesse Homburg intuitu Ducatus Curlandiæ, ad Illm Supmum Regni Cancellarium scriptæ die 7. Aprilis 1749. —

Monsieur le Grand Chancellier de la Couronne.

Quoique je n'ai pas le bonheur de connoitre, Votre Excellence de Persomne. j'ai pourtant, uni si forte Confiance, en elle, a cose, e de Sa Grande Capacite

et son Equité qui me sont deja connues de reputation, que je n'ai pas pu hesiter, a lui demander, et son secours, et ses bons Conseils dans, une des affaires des plus importantes pour ma Maison. –
Les etats de Curlande devant comme la nouvelle s'enrepand do tout coté s'assambler dans peu pour proceder a l'Election d'une nouveau Duc, et ne pouvant douter, que Sa Majesté le Roy de Pologne et la Serenissime Republique suivant leurs sentimens, et justes et Nobles, ne fassent plus de Reflexion sur les suiet de entre les pretendans qui par leur naisence, et le Sang dont-ils sortent, peuvent se flatter, je ne veu pas dire pretendre avoir quelque esperence de reussir. J'ai crû devoir demander en grace à votre Excellence qu'elle daigne me communiquer ses idees, Sçavoir si le pourrois moi comme le plus proche parent, en suivant, la ligne du dernier Duc Ferdinand, et comme un Prince dont les circonstances dans les quelles lui et sa Maison se trouvent, ne peuvent et renullement suspectes à aucune des puisances interessées, me flatter, avec raison qu'on feroit quelque reflexion sur ma Persomne, pour me conferer cette dignité. Le merites personels de Votre Excellence, la grande charge dont elle est si dignement revetue lui ont non seulement merité les Egardes, de Sa Majeste, et de la Republique, mais aussi ceux des puissances etrangeres je m'estimerois donc tres heureux s'il plairoit a Votre Excellence d'apuyer ma juste demande, et de excuser aupres de Sa Majeste, ala quelle j'ai ose m'adresser comme elle verra dans la Copie cy jointe la liberte, que j'ai prise. – Cette derniere grace de la part de Votre

Excellence me viendroit tres a point, si sa Majesté a-
voit deja formeé d'autres vües contraires aux miennes
Je me flatte pourtant des sentimens genereux de Sa
Majesté qu'elle ne sauroit me faire subit sa disgrace,
vu que je ne fais, que ce que mon devoir, et envers moi
meme, et ma Maison demande et ce que je n'aurois peus
omettre sans faire tort a ma Reputation. Je dois pour-
tant assurer en meme Teme Votre Excellence des Senti=
mens les plus parfaits de reconnoissence que je ne me
contenterois pas de porter uniquement pour elle, mais que
je lui temoignerois veritablement si plaisoit a la Divine
Providence, m'en fournir, et l'occasion, et les moyens. —
Je suis d'allieurs, et je serais a jamais avec toute l'-
estime et la Consideration imaginable Monsieur de
Votre Excellence le tres humble et tres obeissenu Ser-
viteur.

Frideric Charles Landgrave de Hesse Hombourg.

Literæ ab Eodem ad Sacram Regiam Maje=
statem in eadem materia, et die eadem scriptæ. —

Serenissime, ac Potentissime Rex Domine Clementissime.

Ad Regiam Vestram Majestatem, si confugio, il=
liusq opem, et auxilium, ea qua par est Submissione im=
ploro, nulla adductus temeritate, sed potius ea, qua omni
um allicit, et devincit animo Clementia confisus Re=
giam Vestram Majestatem eandem quam nulli abnuit
libertatem, desiderium meum brevissimis et humillime
illi exponendi, et mihi gratiosissimi concessuram esse
non immerito me sperare posse, arbitratus sum. Mttem
Vestram Regiam latere nequit Ordines Curoniæ de eli=
gendo Novo Duce sub Auspicijs Vestris Regijs, iam

sollicitos eumq in finem p̃xe conventuros esse, cum plures etiam esse, qui sibi Ius Succedendi in Coroniam vindicant, illudq partim ex Iure quodam hæreditario, partim vero libera, qm vocant Ordinum Electione quæsito deducunt varijsq argumentis corroborare student, Inter illos qui proximis Ducis Ferdinandi P. M. Stirpis Ketlerianæ Masculinæ ultimi cognatis annumerandi sunt, primum me tenere locum, ex eo satis, et abundanter patet, quod Sororis supra dicti Ducis natu maximæ, solus adhuc superstes Nepos sim, adeoq Ius quoddam hæreditarium locusi habere debeat, me cæteris omnibus agnatis Iure esse potiorem, extra omne dubium positum foret, cum Successio Fœminea secundum Genealogiam Successionis, Stirpis Masculinæ, quæ semper naturam et Indole Iuris primogenituræ id haud aliter ferente fuit linealis, ob eanę rationem, ex proximitate lineali determinanda, et dijudicanda sit. Verum enim vero, si Regiæ Vestræ Majestati ita visum fuerit, ut Successio in Ducatum supra memoratum ex libera Ordinum Electione solummodo pendeat, Spero tamen et persvasissimum habeo Regiam Vestram Majestatem, cujus justitiam æquitatem animiq magnitudinem, tot gentes venerantur, et admirantur, Fœminæ Stirpi Kettlerianæ, præ aliis omnibus propitiam fore, Ordinesq Curlandiæ, Paterne, et Clementissime admoniturum esse, ne eligentes Novum Ducem Kettlerianam prætereant Domum cujus insignia merita illos ne utiquam fugere queunt. Quem vero inter tot ultimi Sterilibus fatis Defuncti Ducis cognatos, quilibet Ius potius, sibi vindicare putet, ego vero non proximus, solum nec per me ita potens, nec cum Domo potentiore, tum arcta cognatione, aliove modo

sim conjunctus, ut illis quorum interest, quis inter tot competentes reliquis anteferatur suspectus esse queam. Non possum, non quin Regiam Vestram Majestatem, ut dignetur Clementissime id efficere ut meo persona habeatur ratio. Nullam sane prætermittam occasionem, qua gratissimum et devotissimum animum meum Regiæ Vestræ Majestati testari possim, et semper me ut fidelem decebit Vassalum, gerere studebo humillime me commendans, ut Regiæ Majestatis Vestræ humillimus ac devotissimus.
Fridericus Carolus Landgravius Hassiæ Hombergensis.

Literæ Responsoriales, ab Illmo Supremo Regni Cancellario, eidem Duci datæ Konscijs 19. Maj 1749no.

La lettre, du 7. Avril que V. A. S. m'honore me fournit, l'occasion de luy presenter mes tres humbles respects. Et si la circonstance des affaires me mettoit dans tel Etats, que je souhaite mon bonheur seroit entier en executant les ordres de V. A. S. Le Roy, mon Maitre se trouve à present, dans ses pais hereditaires, et moi en Pologne, je ne pous pas repondre, sur le point que V. A. S. me marque dans sa lettre, sans que je sache les intentions de sa Majeste le Roy mon Maitre aux quels selon mon devoir, je me Conformerai toujours.

Mais puisque V. A. S. m'ordonne que explique mes idees, c'est avec tout le respects imaginable que j'obeis a ses Ordres Les Etats de Courlande ne peuvent s'assembler pour proceder a une Election d'un nouveaux Duc n'ayant aucun. Droit d'Election puisque le Roy mon Maitre quand l'ouverture du Tief se presente donne le Douche a un tel qui luy plait par un pouvoir absolu, Les Etats de Courlande

peuvent bien prier pour celui au pour l'autre mais cette priere ne gene pas l'autorité du.

Que les Etats de Courlande ayent fixé le tems de leur assemblée, pour proceder à une Election d'un nouveau Duc, je ne pas eu aucune nouvelle de la Regence, quoique bien souvent, je recevis des Lettres de ces pais. Le Duc malhereux restant en detention en Russie s'il doit etre regarde comme de cheu de son Fief et du Duché les raisonemens sont pour et contre, c'est un cas qui n'est pas arrive encore, pour moy j'embrasserai telle opinion, pour la quelle le Roy mon Maitre penchera j'avoue que la Noblesse de Courlande ne sauroit etre plus heureuse que sous le gouvernement d'un Prince Juste, pieux Grand par ces actions et Sentiments de penser les quels ne donneroient aucune ombrege, des ces forces au Royaume de Pologne. Toutes ses belles qualites se trouvent dans la Persome de V. A. S. et je Service fort heureux, que la Divine Providence me fournissoit, l'occasion de faire valoir mes services puisque je suis ett. ett. —

Diluida Resolutio questionis ortæ de Internunmuntio in Polonia constituendo, sub id temporis quo Nuntius morte vel abitu, in alias Partes absens est, a Regno data ex Cancellaria Rni, ad Mandatum Sacræ Regiæ Majestatis proprium, die 20. Maj 1749. Anno. —

Immediate a Fatis P. D. Primatis Christophori Szembek cum Sacra Regia Mttas. pro Iure suo novum Primatem Regni nominaret, nominatumque reverentissimæ Sacræ Sedi proponeret cepit reviviscere, et negotium facessere gemina duntaxat difficultas olim jam adhuc vivente Primate Szembek exorta, Et prima

quidem de colore certo in perpetuum pro Primatibus, sine questione constituendo, Altera vero de Cruce Primatibus praeferri Solita, etiam circa Visitationes publicas Nuntiorum Apostolicorum. Utraq; demum harum questionum resoluta et sopita. Ecce rursus nova et spinosa proponitur questio de Internuntio, in Polonia constituendo, quo casu Nuntius aut moreretur, aut abiret. —

1mo

Mirari satis non potest Sacra Regia Majestas, rem hanc adeo solicite praetendi, quae cum nihil ex se addit, utilitatis p. Religione Orthodoxa, est tamen Novitatis plenissima, ideoq; Genti Polonae antiquis semper moribus et Consvetudinibus viventi atq; vaticanis oraculis semper subjectissime odiosa.

2do

Cum enim Archi Episcopus Gnesnensis, ex Beneficio Bullae Leonis Xmi Papae, sit simul legatus natus, et non solum Metropolitico, sed etiam legationis Jure praesit omnibus, alijs in Provincia Episcopis, atq; etiam Ipsi Archi Episcopo Leopoliensi, eorumq; Dioecesibus, atq; per id in Polonia et Lithvania Vices gerat perpetuas Romani Pontificis, si non adsit specialis de latere Legatus. Qd porro operae praetium est. Internuntium constituere velle, Num Jus pro tunc dicendum et reliqua pro more exercenda, Securius digniusq; concredi poterunt, alicui ex Auditoribus personae interdum /: praeterhabitum :/ mere laicae quam Archi Episcopo Gnesnensi Viro in tota gente post Regem primo. —

3tio

Nonne olim plena cum satisfactione Romanae Curiae Primates istius Regni, Joannes Wezyk Sancta Crucio

Cardinale, et Matthias Lubinski Philonardo, Nuntijs Apostolicis e Regno discedentibus legationis natæ Munus et Jurisdictionem et quidem sine ulla prorsus quæstione exercuerunt. Id qd et alios inante Primates fecisse procul dubio verum est. –

4to.

At prætensa Internuntij Constitutio, (non solum ut evidens est:/ non adfert plus utilitatis pro Religione Catholica in his partibus, verum etiam pbabiliter credit, aliquid detrimenti attulisse, saltim in puncto bonæ ædificationis, Grave enim fuit, Scandalum in Populo cum Regnantibus, Michaele et Ioanne Tertio relicti ab abeuntibus Nuntijs, Internuntij munere suo fungi, phibiti sunt per Regem et Rempublicam, Primatis sui seu legati nati prærogativas tuentem neq, permissi sunt facere, vel unum passum prætensæ Jurisdictionis.

5to

Neq id mirum esse debet, ita acriter authoritatem Legati Nati in hoc Regno defendi vertitur, enim hoc cardine, honor Regis, honor et dignitas totius Gentis Polonæ, ut pro casu Mortis, aut abitus Nuntij Apostolici non cogatur quærere et expectare aliunde sed dominatam habeat Secundam a Pontifice in Spiritualibus potestatem, eamq, vere et plene aliquando ex Persona Legati Nati exerceri cum Solatio suo videat. –

6to.

Maxime cum Nostri Primates per immensam Sacræ Sedis reverentiam, in præsentia Nuntiorum ejus Juribus et Prærogativis Legationis suæ parce admodum et cum incredibili modestia utantur, Durum, sane videri possit, si Jis ad exercendam aliquando

plenam suæ legationis authoritatem, et Potestatem, hoc quoq; modicum temporis spatium eripiat, quod intercedit inter fata, aut abitum unius p. adventum alterius Nuntij Apostolici. —

7mo.

Deinde in absentiâ Nuntij Apostolici, Episcopi Poloni, quibus aliunde Regni Primas praest, facilius et mitius ferunt Ius sibi dici ab eodem Primate, tanquam Legato Nato. qm ferrent a quopiam Internuntio, qui relictus ex Clientela præteriti Nuntij plane destitueretur necessarijs subsidijs, Authoritatis et Reverentiæ, ad administrandum cum satisfactione, ac ædificatione, et sine murmure, et Offensione Iustitiam Apostolicam, præsertim cum non sit res omnino digna, Episcopos Viros in Ecclesia Dei perfectos judicari, et condemnari, interdum per personas sæpe numero Laicas, quales constituunt, passim Auditores Nuntiaturæ, atq; ex illis formant, Internuntij. —

8vo.

At hæc si semel irriperet Consvetudo, constituendorum Nuntiorum forte cum tempore quibusdam non gravibus sane de causis, aut serius unus post alium designarent. Nuntii Apostolici, aut ijdem designati, quidem lentius tamen in Poloniam descenderent, atq; interea tota res diutius ageretur, et administraretur per Internuntios cum minori Gentis Polonæ æxistimatione, et non sine detrimento requisitæ, circa Iudicia Apostolica Authoritas si non et justicias Per qd saltem imbecilioribus daretur occasio, minus reverenter habendi hoc sacrum Tribunal: Ipsis deniq; Episcopis durum esset, planeq; intollerabile, et revera Statui et dignitati, quam gerunt, minus decorum obedire Internuntio inter Laico Quales fuerunt, aut.

verius esse voluerint. Prætensi olim apud Nos Internuntij Sarteschius, et Grapius uterq; omni, Muneris et Iurisdictionis Exercitio prohibiti.

9no.

Antiquissima insup ab immemorabili fert Consvetudo; qualis alibi similiter Regnorum viget, ;| ut Nuntij Apostolici Regnum Poloniæ ingressi anteqm facultates suas explicent, et Iurisdictionem in causis Ecclesiasticis exercere incipiant, pro primis breve Pontificium legationis suæ Regiæ Majestati, et seorsim specialia brevia Regni Ministris, et Senatoribus Ecclesiasticis, et Secularibus, ad latus Regium residentibus præsentent, atq; sic a Rege decenter obtineant facultatem aperiendi Tribunalis Nunciaturæ. Hæc Consvetudo jam amitteretur si Iurisdictio Successiva nec interpolata a Nuntio, ad Internuntium, ab Internuntio, ad Nuntium velut permanens traderetur, et continuaretur, sine licentia, et cum derogatione Regiæ, et Reipublicæ dignitatis. —
Ex his motivis apparet non posse convenienter prætendi Nomen et munus Internuntiorum in Polonia. Quod si tamen in Contrarium Romana Sententia constanter nitatur. Huic quæstioni certe prærogativas primæ in Regio Primatialis Dignitatis lædenti, ideoq; Materiam Status in se involventi locus proprius, alibi esse non potest, præter quam, in facie totius Reipublicæ Polonæ ad Generalia Comitia Regni Congregata, cujus solius est Materias Status pro arbitrio, et Circumstantiis definire Rex vero Serenissimus, qui Sceptrum et Regnum, nec non una tuitionem legum, et omnium, tum Spiritualium, tum Civilium Iurisdictionum de manibus gentis liberæ accepit, eademq omnia Salva et integra conservare, Iure jurando se obstrinxit neq; potest neq; vult, in diminutionem et impeditionem

Iurisdictioni Legati nati, primi in Polonia Ecclesiastici Magistratus consentire. Multo minus Regni Nominatus Primas potest aliquid, de suis prærogativis cedere, et honorem legationis suæ qm à Summis Pontificibus Antecessores ejus pro se, suisq Successoribus acceperunt, alteri dare, et permittere. Qua propter Sacra Regia Majestatis cum universo Statuq Republica Primatis Regni primi Senatus Principis et primi in Polonia Antistitis, longam Carentiam perpessa rursus iterumq supplicare, Sanctissimo Domino Nostro pergit, quatenus negotio hoc de Internuntijs, aut penitus rejecto, aut saltim tantisper suspenso, Expeditnm Sacrarum Bullarum, pro Nominato Primate urgeri jubeat, atq per id publicæ populorum Expectationi, et Utilitati, nec non privata Regalis animi Satisfactioni favere clementer dignetur. –

Rescriptum Sacræ Regiæ Majestatis, ad Gnosos Supremos Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Consiliarios, tum G. Rothus respectu calculi avocans Causam, a Judicijs Tribunæ M. Ducatus Lithvaniæ, ad Iudicia Relationum Sacræ Regiæ Majestatis, p priarum ex minori Cancellaria Regni die 27 Maj 1749. Expeditum. –

Gnosis Supremis Cancellarijs Regentibus Ducatuum mandaveramus Fidelitatibus Vestris per Rescriptum Nostrum de data Varsaviæ, die XI. Mensis Xbris, Anno 1746. ut cum Gnoso Ottone Vilhelmo Grothus, Capitaneo Nostro, et Vice-Colonello, Calculum respectu debiti, ab Illmo olim Ferdinando in Livonia, Curlandiæ et Semigalliæ Duce per eum prætensi, et p Decreta Tribunalitia M.D.L. Contumacialia Ipsi adjudicati, et vicissim interceptor ab eo p aliquot Annos Proventuum ex bonis Regalibus Capitaneatuum Polangensis et Wobolnicensis, qui tum in Possessione, et

usu fructu, præfati Illustrissimi Ducis existebant, Calculum inirent, in Spatio sex Mensium ab exhibitione Rescripti computandorum liquidarent, et summam ipsi restantem ex Calculo pervenientem, Instrumento suo parti tradito, ad referendum Nobis consignarent, Sed quia Nobis a Fidelitatibus Vestris supplicando relatum, et p certos Consiliarios lateri Nostro Assidentes, planius expositum est eundem Gnosum Capitaneum, et Vice Colonellum Grothus, elapso ab inde biennio sola Decreta Tribunalicia in Contumatiam obtenta, cum Protestationibus et Documentis, sibi servientibus, ne utiqm vero Calculationem Redditum, ex præfatis bonis Regalibus, a se occupatis, stante sua aliquod Annorum Possessione Fidelitt. Vræ obtulisse, sine qua tamen liquidatis negotium suscipiet pagi rerum naturam possibile non est, insup Fidelitatibus Vestris a Celsissima Ducissa Vidua Informationes benevole communicatas esse, Secundum quarum obloquentiam, Illmus olim Dux, præsumptum id debitum, uti cujus Inscriptio absq suo Mandato, præ Scitu et consensu, ac ratihabitione extradita esset ne utiqm agnoverit neq in præfatum Forum Tribunalitium consenserit, eiq se submiserit, quin potius remonstrari fecerit, quatenus nec intuitu personæ suæ, uti Principis Wasalli nullibi forum, in qualicunq Causa, nisi in Judicio Relationum S.R. Mttis. propriarum, per jura disertissima sortientis, nec intuitu bonorum Regalium a se Possessorum in Tribunali M.D. Lithvaniæ conveniri posset, imo Gnosos Actores, ad Forum competens, pro deductione prætensionis eorum, et tantarum Exactionum, ex istis bonis Regalibus, quæ Summam absq ullo fundamento, a se postulatum exsuperarent, Citaverint Causamq porro, dum usq fato defunctus sic agitaverit, Ideo nos perpendendo hoc totum Negotium

sufficiens adhuc Examen et experimentum Juridicum in Foro Ordinario requirere Fidelitatibus Vestris Clementissime concedimus, ut in justa sibi, per ante mentionatum Rescriptum calculatione tantisper supsedant. Dum Nos Causam Gnosi Grothus, ad Forum competens, servato Juris Processu in talibus casibus solito, pro matuxiori cognitione et discussione remittimus, praesenti Rescripto Nostro. In quorum fidem. etc:—

List Jmci Xiędza Gorzyńskiego Kantora Gnieznienskiego, do JW Jmci Pana Kanclerza W: K: ktorym exkuzuje się, że nie inaczej tylko in foro competenti agit, z Jmcią Panem Stolnikiem Poznańskim z Gniezna, die 20 Junij 1749. pisany.—

Jasnie Wielmozny etc:

Nie idę in Gloriam mei że jako przedtym noszę na sobie Saculi, et Palatinatuum decus, tak i teraz divéniore luce coruscos kocham, i kochałem zacesse, blizko przez ośmdziesiąt lat, honor kazdego ze Concives Palatinales et Patriæ zadnego przeciwko mnie in Acta publica nie zaniesli żalu; ktoryby i mnie Annis oneratum, y descendentes odemnie do publicznych usług, mógł sico ferire rubore. Ale rzecz taką JWW Panu Dobrodziejowi donieść muszę, ktorato in Actis Lechiæ ex objectu in consideratione in animadversione powinna bydź justissima admiratio.— Jmć Pan Andrzej Niegolewski, Stolnik Poznanski, Starostwa Pobiedziskiego /: gdzie ia jestem Proboszczem :/ niedawny Possessor wstąpiwszy iednym krokiem w Possessyą, drugim w kłótnią nietylko ze mną, ale i z wszystkim Duchowieństwem, i Ziemianami w okolicy Sasiedztwa położonym, tak do Sądów Assessorskich Jego Krolewskiey Mosci, jakoteż ad Tribunal Sacræ Nunciaturæ

trakt swój wykierowat, oczem same Wpisy po Regestrach poczynione dadzą Informacyą, a Ja originem rzeczy pro Informatione JWW Panu Dobrodziejowi, jak w sobie rzetelna jest z interessu do mnie informowanego, tak krótko namieniam. —

Nabył Rezygnacyi Gruntu od pewnego Młodziana Rodaka Pobiedziskiego, Parobczą służbę po Wsiach odprawującego, JmĆ Pan Stolnik pro se et Successoribus suis, a do tego ex nullo dato et accepto, mieniąc go być Królewskim, a w samej rzeczy ten grónt Kościelny iest, i od dwóchset lat in pacifica Possessione Antecessorów Proboszczów Pobiedziskich zostający, ani pod kontrowersyą za czasów dawnych, i własnego Oyca ImćPana Stolnika, jako naówczas Starosty niepodpadał. Zapozwał mnie ImĆ ad Supremum Tribunal Assessoriale, JWW Pana Dobrodzieja o Exekucyą, i o insze ac si actus personalitatis Zkąd patet, że mnie extra forum competens evocavit, Respectu cujus evocationis, zapozwałem Imci do Konsystorza Gnieznieńskiego, gdzie nie in Contumaciam, ale ex Serijs Controversijs stanął Dekret, dał się Imości Processu convincere, y tym urażony że był publikowany, a Sąd Duchowny Rygoru inszego nie ma, sub tempus tedy Commissionis Ducillaris, et Solidariae liquidationis Posnaniae celebratae, cui assidebat tente JPan Stolnik, zaprosił Ichmościów niektórych Urzędników, i kilkunastu Ichmościów Szlachty, którzy żadnej Sprawy nigdy w Sądzie moim nie mieli, nawet sług swoich, i Kancellarzystów przywiódł do Manifestowania się Nomine Palatinatum Posnaniensis et Calisiensis, totius Nobilitatis, nullo ad id munus obeundum, assignatus, existens Laudo, i lubo tam distinctionis recognitionis

Concives, gdy do podpisywania się, przystąpili, nie mieli intencyi, ani woli, nikogo in particulari laedere, jako ex intitulatione in Protocolo annotata patet, tali Incolae Palatinatuum Posnaniensis et Calisiensis Manifestantur contra usurpativam Jurisdictionem Cleri. –
Przecież pomieniony JPan Stolnik, takową do Manifestu uformował Kopię, którą in particulari praestantioris dignitatis Authoritatem Primatialem ejusq Officii Jurisdictionem, i Duchowieństwo laesive dotknął, co ze ultra Sensum et assensum Jchmościów podpisanych uczynił, mam nato listowne Recognicye, i insze dowody, tudzież i liczniejsze Przesw: Stanu Obywatelów Województw, a do tego Possessyonatów, remanifestowało się zgromadzenie, inszych codzienne poczynionych wioleneyi tu nie wspominam, nawet Elementu Wojewody, pro usu Familiae Plebanalis, brać z Jeziora przy publiczney drodze leżącego armata manu zabronioney tu z żalem nie wylewam, bo mnie to najbardziey boli, że prywatne swoie Spargamenta a Generalitate Poznańskiey Kommissyi, subreptitie wymożone listy, in publicum porozsyłał, jakobym ex occasione Fundor: Regalium miał declinare Forum, Sądów Assessorskich J.K. Mći y ac si oto, kazałem Jmci publikować, że mnie o grunta zapozwał, y owszem ja sam wydałem JP. Stolnikowi Mandat do Assessoryi J.K. Mći o restytucyą i Exdywizyą gruntów Kościelnych według Praw i Przywilejów od Najjaśnieyszych Królów Polskich, chcąc pokazać samą rzetelnością, iż inaczey jest wistocie Rzeczy, niż tak jako JP. Stolnik wkilku swoich Manifestach, a raczey Paszkwilach ex privato odio wyraził, naostatek wtym Sensibilitem doloris, cordicitus wyrażam, że Amici et onore alligatus, niemogę mieć personalnie honorem venerari JWWP. Dobrodz i rozdzielającego przyjaźń między Stanami Jmi Pana Stolnika

dzieli słownie na części nie afekt, i teraz obszerniey nie chcąc gravare pupillam, która strzeże, bo nam Ecclesiae et libertatis Schyłam blizko ad cineris głowę. Supremi Arbitri powadze Ecclesiasticam Contumeliam. Ordinis Equestris Praerogativam, Móy Stary honorek ne patiatur jacturam, Oraz sprawę mojego Kościoła przy przeczytaniu przyłączonych Manifestów łaskawej oddaję decyzyi i Protekcyi pisząc się, etc. —

Respons na ten List od JW. Jmci Pana Kanclerza Wo. Koronnego z Warszawy die 4. Julij 1749. dany.

Odebrałem od JWWS. D. List die 20. Junij z Gniezna w którym się żalisz na proceder JP. Niegolewskiego, odebrałem razem list od Godnego Syna WMMD. w którym mi przysłał Manifesta, Remanifesta, Dekreta Kontumacyalne, alias Exkommuniki na Jmci Panu Niegolewskim otrzymane, żałuję bardzo że ad has extermitates przyszło, poniewaz praecludendo Charakter Duchowny WMMD. Dobrad obydwa sicie zacni Obywatele, iednychże Województw, a tych które prohibant jedności et bona harmonia, inksze Wojewodztwa: Co zaś należy ad contenta libelli, przeczytałem wszytko, a naypród Manifesta, Remanifesta uczanie Duchownego i Swieckiego Prawa, ale że in generali dignoscere niemogę, iak te Prawa są applikowane, czyli do tej sprawy służą czyli nie, jak prędko zaś ad Decretum Contumaciale przyszedłem, pozwolisz mi WMMD. Pan czynić Reflexye.

Naypród widzę o grunt rzecz zawarta w Starostwie et mater omnes inde, kiedy się pokaże, ten Królewski grunt, gdzie Forum ieżeli nie Assessorya. Jeżeli Privilegia Regum intercesserant, to sine disquisitione, sam Król tylko Privilegiorum suorum Interpres być może. Wszystkie w tey

Exkommunica Summum gravament Stanu swieckiego,
ze kiedy dał Pozew JP. Niegolewski do Assessoryi, non
cognito foro, kazano mu ante omnia recedere sub pœna
Excommunicatis, a Cittone ad Judicia Assessorialia in
octiduo. Jest to sposób przyciągnąć wszytkie sprawy
ad Judicium Spirituale, niechaj kto zapozwie Xiędza
non ex persona, ale ex re Cognitioni Sądów Swieckich
subjecta, położy mu Pozew sub pœna Excommunicatis.
ut recedat, musi recedere ante omnia, et ante Decretum,
przymuszą przed swój Sąd Swieckiego ad recognoscendum
non alium Judicem, tylko Spiritualem, a tym czasem
powoli znoszą się omnia Subsellia Laicalia a ztąd
naturalnie fremitus in Nobilitate być musi, et colisio
inter Jurisdictiones subsequitur, et eversio status, a druga
niedano tylko octiduum czasu, który iak krótki, że w
Sądach Swieckich większa się łaskawość znajduie, et
misericordia. Nie skarzył się przedemną JP. Niegolew-
ski, co wyczytuię to z Papierów tylko WMM Pana, ale
ubolewam nad tym, gdyż ia sam ex vi Ministerij, muszę
o to mówić, iakom zaś z dawna był prawdziwym Estyma-
torem Godności WMM Pana, tak życzę aby ta sprawa w
domu się ugodziła, bo za sobą ciągnie Consequentias ma-
gnas. Podobna była z JmCi Xiędzem Biskupem Chełm-
inskim dysputa, napisał mi był długą de Jure Cano-
nico legendę, na to co odpisałem, krótką posyłam Kopię
zostaiąc etc. etc.

Kopia Listu do JmCi Xiędza Biskupa Chełminskiego
pisanego die 24. Martij 1749.

Odebrałem z wielkim Respektem List WWM Pana Do-
brodzieja, na który zapatrzywszy się, biorę Argument że
kiedy Pan Bóg Apostołów posłał, ite et prædicate Evange-
lium, niedał im Angelos cedentes, ale tylko Spiritum
Sanctum, w drugim mieyscu zganił S. Piotrowi że dobył

mieza, a zatym i WWMcPan Godny Biskap y Swięty udziel Spiritum Sanctum swoim Wizytatorom, aby nie = czynili inter Jurisdictts. Collisiones et dissensiones, gdyz Ja tueri Jura Regia nie przestanę, Cokolwiek ad fidem należy Rzymowi, obediens iestem, cokolwiek ad Leges Patrias, non Romanas Veneror. Zasę się oraz nieodmiennej etc: etc:

Pro memoria podane Posłowi Pruskiemu Baronowi de Voss względem praestandi humagii Jmci Xiędzu Pisarzowi Koronnemu Lubinskiemu do Regencyi Głogowskiej dla Dóbr Klasztornych w Slązku będących. –

Monsieur le Baron de Wossc Ministre Plenip: de Sa Majeste Prussienne pres de Sa Mste: le Roy et la Serssme: Republique de Pologne ayant communique par ordre, de sa Cour a Mr. l'Abbe Lubinski Notaire de la Courome, les intentions du Roy Son Maitre a l'egard du Diplome a signer, et du Serment a preter touchant l'investiture de l'Abbage, de Paradis relativement aux biens appartenance, a cette Abbage qui sont Situes en Silesie. –

1mo Que Mr: le sus dit Notacre, de la Couronne, qui vient d'etre nomme, par Sa Majeste Polonoise Abbe Commendataire de la Sus dite Abbaje ait a signe un acte par le quel l'on casse le Concordat touchant les Abbajes, en Pologne fait entre la Cour de Rome, et la Republique aussi bien, que le droit de Nomination du avi Son Maitre sur cette Abbaje. –

2do Qu'il prete serment de Fidelite, au souverain immediat de la Silesie, avec la Clause Ratione Collatae ac Confermatae Abbatiae Monasterij Paradiensis in Confiniis Poloniae sittae: –

3^tio^ Qu'il paye 1000. Ducats d'Hongrie.
4to Mr: le Notaire de la Couronne a eu la pre=caution des en faire pas eux Senateurs, et aux Ministres du Roy, aume de Pologne, mais comme Mr: le Wooss, a communiqce ces sus dites intentions au Roy son Maitre precisement dans la terns, de la tenue, de la ternier dicte, a Varsovie l'on ajue apropos pour iter a la Nation wujé le Soujet de me contentement de revojer, la discupion de cette affaire aux Conferences des Senateurs, et de Ministres apres la dicte a feis il y deliberer sur les representations necessaires, a faires au Sa Majeste Prussiener.
En conformite du resultat de us Conferences le sousigne Vice Chancellier de la Couronne de Pologne, a l'honeur dans le devoir de sa charge de presenter à Mr Susdite Ministre de Sa Majeste Prussiene. 1mo. Sa Majeste le Roy de Pologne, a nomine Mr: l'Abbe Lubinski Notaire de la Couronne Abbe Commendataire de Paradis, en vertu du droit de Nomination, qui est incontestable a Sa Majeste par plusieurs Titres, bien fondes voluj dont un petit expose.
L'Abbaye de Paradis, a elle erigée l'Année 1734. par une Seigneur Polonais, de la Famille de Wieniawa, du teurs que le Duche de Glogau ap=partenoit encore a la Pologne comme fief de la fa=mille, des Princes Piastes, de depuis les Roys de Pologne, ont exerce sans interruptions le droit de nomination, des Abbes de Paradis, lorsque l'Abbaye devenoit vacante et meme du demsque les Elections des Abbes, par le chapetre avaient encore lieu le

Roy, et vit authorisé de confirmer ces Elections, ou de les casser en en faveur des Sujets, qu'il en jugevit plus dignes. —
quam Statutis Sigismundi Primi Regis de Anno 1526 et Decreto Regis Joannis Tertii, Gloriosissimæ Memoriæ Anno 1678. pro enucleandis, Confirmandisq Juribus hujus Civitatis pronunciato ediametro contrariaretur, vigore quorum Jurium, unus Ordo conclusa omnium Ordinum, non immutare, sed ijsdem pleni subscribere tenetur. —

Quanquam enim Serenissimus olim Rex Joannes Tertius Anno 1678. partim accisam Pistorum, a farina Siliginea abrogavit partim eam, quæ a tonnis Cerevisiarijs solvebatur, reduxit, Triticeamq diminuit, tamen observandum probe, quod tres inprimis Circumstantiæ tum temporis occurentes, a præsenti casu plenè sint diversæ. —

1mo Quod Abrogatio et reductio illarum Accisarum non ad instantiam unius ordinis, contra reliquos duos factæ sint. —

2do Quod non per Rescriptum, sed Processu Ordinario prævio ex serijs omnium partium Controversijs Decretum sit. —

3tio Quod Serenissimus olim Rex judicaverit Civitatem hanc posse plane carere pecunia ex illis partim abrogatis, partim reductis, diminutisq accisis provenienti ideoq nulla alia Contributionum genera in locum illarum subrogavit. In præsenti vero Rescripto non solum Contributiones ab omnibus Ordinibus sancitæ, ex Voluntate unius Ordinis tolluntur, et abrogantur, sed nova etiam quibus unus ordo dissentientibus reliquis duobus, toto consentit animo, in Supplementum abrogatarum imponuntur, quod a Serenissimis Antecessoribus Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ nullo unquam casu factum, quia cum Juribus

hujus Civitatis Fundamentalibus et antiqua Regiminis forma expresse pugnet. —

Quæ cum Sacra Regia Majestas Vestra Dominus Noster Clementissimus, salva semper fore, et inviolata tam per speciale Diploma Amnestiæ, tum per solennem Jurium Confirmationem promiserit, Confidimus, certe et humillime rogamus, ne patiatur Sacra Regia Majestas Vestra, sæpe allegato Privilegio Casimiriano, et alijsque ab uno Civitatis Ordine conclusa reliquorum Ordinum immutare, vetant præjudicium aliquod inferre.

Multa vero eademque gravissima, ex Fundis, a Jurisditione Nostra exemptis Civitatem hanc etiam respectu Accisarum pati cum multo dolore fatemur et licet diligentem fieri jubeamus, attentionem, ne aliquis ex Civibus et Incolis ex illorum immunitate ab accisis lucretur, attamen nec Vires, nec authoritas hujus Civitatis in totum et contra omnes sufficiunt, ut intra Cancellos Jurium suorum coerceantur. Proinde Sacræ Regiæ Majestati Vestræ, Domino Nostro Clementissimo humillime supplicamus, ut interposita in fundamento Privilegii Cardinalis Regis Casimiri Anno 1457. Civitati huic Clementissime concessi potentissima authoritate sua illis prohibeat, quam efficacissime usurpare, jura et vitus acquirendi genera solis Civitatibus, earumque Civibus et Incolis competentia nimirum Mercaturæ et Opificiorum exercitium Cerevisiæque, braxationem, propinationem et distributionem. —

Quæ usurpatio, tanquam principalis Causa, omnium quæ ad Civitatem ex prædictis Fundis redundant, præjudiciorum cum cessaverit: cessabit illud etiam detrimentum, quod Accisæ Civitatis ex fundorum immunitate

Jurisdictioni Civitatis non subjectorum patiuntur. Neq; tamen hanc rationem de immunitate fundorum sufficientem, ad tollendas plane in hac Urbe accisas, agnovit Serenissimus dtt Antecessor Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Joannes Tertius Rex, qui post abrogatas quasdam, et Conservatas per idem Decretum, de Anno 1678. reliquas accisas in memorato Rescripto Anno 1680. levius esse onus illarum judicavit, quam quo Cives, ex Centesimo Nummo aggravantur, ideoq; impositus denuo a tribus Ordinibus Accisas approbavit sicuti ipsius Verba supra allegata evidenter docent. —

Equidem satis invidiosæ Sacræ Regiæ Majestati Vestræ insinuatum, qd Nos et Scabini, tanquam Secundus Ordo, in Consultationibus, de abrogatione Accisarum, magis ex nostris quam totius Urbis rationibus, tributo inveterato, sive non molesto, nonullis ex Magistratu etiam Consulari utili asveti plerasq; conservandas censuerimus, sed sub fide, et Conscientia confirmare possumus, quod hæc imputatio quæ in Conferentijs, apud Dominos Commissarios Regios nunquam Nobis objecta fuit, nullo prorsus nitatur realitatis fundamento, siquidem a Magistratu, a quibusdam Accisis immunis, nemo est, præter Burgrabium, et Præfectos Accisarum, idq; per breve tempus. De qua immunitate Assessores Cameræ Accisarum ex tertio etiam ordine participant, Scabinis nil ex inde percipientibus. —

Non itaq; utilitas, et privatum interesse Nostrum, Collegijq; Scabinalis Consultationes de abrogandis accisis difficiles impeditasq; reddebat, et adhuc dum reddit, sed negotii ipsius gravitas et tertij ordinis

sive potius quorundam ex illo, qui nimiam sibi in dirigendis Consilijs, sumunt authoritatem, inordinatus, et a majorum tramite longe recedens, Consultandi modus. –

Cum enim Nobis Domini Commissarij Regij, praeter omnem expectatum Abrogationem Accisarum ex voluntate Sacrae Regiae Majestatis Vestrae Nobis de hac re non plane acceditis proponerent, Communicato postmodum Projecto, quod in locum abrogandarum alias Contributiones continebat Tertius Ordo, hanc propositionem non, non tanquam Objectum Consiliorum, sed tanquam decisionem, aut Conclusum accepit ita ut non solum super ea consultare, et de Projecto quidquam remittere recusaret, sed praecisa etiam reliquis ordinibus contradictione illud obtrudere affectaret, Quod ipsum in Causa erat, ut quamvis Domini Commissarij Regni omni studio, et applicatione, quod devinctissimis agnoscimus Pectoribus:/ laborarent, quo diversos in hoc negotio conciliarent, Ordinum Sententias irrita et infructuosa eorum opera esset. –

Nos certe pro contestanda facilitate Nostra, exhibuimus Projectum aliquod Dominis Commissarijs Regijs de tollendis quibusdam Accisis, et de substituendis in earum locum, alijs contribuendi modis, quod vero non approbatum, Secundus Ordo suas habuit dissentiendi, rationes quibus etiam, alia genera Contributionum loco Accisarum inservientia adjunxit. Cum autem libera apud Ordines debeant esse Consilia, non aliter quam rationibus, et persvasionibus flectendi sunt animi, quod nos candidi hactenus fecimus, et porro facere non omittemus ut pote qui in hoc negotio nihil aliud intendimus, quam A./ ut nulla prius accisa aboleantur quam

post certos et securos Fundos ex concluso Ordinum Constitutos, qui decedens, quantum sufficienter compensent. B.) Ne pro compensatione, tales accipiantur Fundi, qualis iam alijs usibus publicis, ex concluso Ordinum, sunt destinati, qd multam confusionem in ærarijs Publicis efficeret, nec diminutum quantum suppleret C.) ut pro hujusmodi Fundis constituendis, certæ Contributiones sine facienda, tales eligantur, quales universæ Civitati ejusdemq Incolis Iurisdictioni illius subjectis cujuscunq sit generis, et Conditionis, non onerosiores sint, quam abolendæ Accisæ. Cujus tamen generis Contributiones nullæ inveniri poterunt, quæ exteros etiam, in hac Urbe commorantes æquè, ut accisæ afficiant, hisce pro basi, et Fundamento, positis, uti certè poni debent, nisi Securitatem, Conservationemq Civitatis negligere velimus. Liceat breviter, expendere Fundos, contribuendiq modos, in locum abrogandarum Accisarum ad Instantiam Tertij Ordinis in Rescripto propositos.

Ad 1mum. De ter mille Florenis ab Incolis Insulæ Stublavienę: pendi solitis, qd attinet certum est Summam hanc ærario Militari, ex Concluso Ordinum, jam esse destinatam quod hoc subsidio eo minus carere potest, quod magis notum, quod ærarium Militare, non sufficiat exolvendo Militi præsidiario, cui Stipendia debentur quinque Mensium. –

Ad 2dum. Ista Contributio, de decem millibus Florenorum, a pagis Civitatis solvendis, difficillime exigi poterit, quia Coloris et belli, et alijs Calamitatibus maxime exhausti, alias Contributiones

cum Civibus communes habent. Quia exolvendo tantam Summam, quantam Accisæ, a Cerevisijs et liquoribus, ad Colonos avectis haud efficiebant, in eum redigentur statum, ut Censum publico debitum, solvere nequeant, ex quo Civitati, notabile damnum. Quia in casu sterilitatis, agrorum inundationis, mortalitatis pecorum, aliorumque malorum, quibus agricolæ obnoxii, quoque hoc tempore imminent, Novum hocce tributum, exigi non posset, sed aliud denuo imponendum foret. —

Ad 3tium. Quinque millia Florenorum, a Mennostijs, Futelæ Nomine solvenda vix colligi poterunt, cum paucissime illorum sint Familiæ Divites, quibus annuatim Summam hanc solvere grave esset, nec omitterent querelas suas, ad Celsos et Præpotentes Belgij fœderati ordines, uti in hujusmodi occurren: occurrentijs, soliti fuere deferre, qui pro ijs efficacissime intercedent, quorum Intercessionem Civitas hæc, ob politicas in primis Commertiorum rationes multum considerare tenetur. —

Ad 4tum De tributo Iudæorum vulgo geleite, notandum, quod non probabile sit, Summam 3 Florenorum exinde proventuram, multis Iudæis ad Magnatum Polonorum Protectionis, et Intercessiones nihil solventibus, id quod ipsa experientia Confirmat. Quod proveniens, ex hoc Tributo, quantum ex Concluso Ordinum Pecunijs Subsidiarijs, iam destinatum sit. —

Ad 5tum Ratione Vertendæ in usum Civitatis Summæ 60. flor. et debita Batavis pecunia observandum, quod hic Fundus esset, Civitati damnosus, ita enim non liberaretur ære alieno, sed in ejusdem nexu, diutius quidem quam et Conventum erat, maneret

maneret consequenter, praeter necessitatem Provisiones Annuas, quae una cum Remissionis expensis, insignem Pecuniae Summam efficiunt exolvere teneti. B. Injustus Ius enim, et aequitas jubent, ut debitores Creditoribus fidem servent, id est, ut promissas Conditiones, tum ratione debiti solvendi, tum ratione Terminorum Solutionis exacte adimpleant.

Cum itaque Batavi, huic Civitati sub certis Conditionibus, pecuniam mutuam dederint, ut nempe quotannis Pecuniae Capitalis, Certum quantum usque ad totalem Executionem, una cum Provisionibus, ex assignatis Fundis solveret, cum isti privati Creditores, non nisi cum publico Consensu Praepotentium, Hollandiae, et Frisiae Occidentalis Ordinum, in oblatas a Civitate Conditiones consenserint, certe non est in hujus potestate Conditiones istas mutare, idest detrahere certam Summam de portione pecuniae Capitalis, quotannis Solvendae, et prorogare Terminum solutionis totius debiti. Et licetsi privati Creditores, in hanc prorogationem forte consensuri essent, quod tamen, incertum, dubium certe est, Vix credibile Supremum Magistratum Consensurum gliscentibus inter Cives Civitatis hujus dissidijs, quae in bellis non ignota fidem Civitatis apud exteros, imo etiam intra hanc ipsam Civitatem, mirum quantum infirmant redduntque Augustissimam. —

Ad 6tum. Non diffitemur Nos ipsos in Octavam partem, Centesimi Nummi, per biennium, nec ultra inter mixta tamen, intra biennium alias. Nummi Censualis Contributione semel per Annum exigendi consensisse, ut Regiae Intentioni Nos devotissime Conformaremus, si tamen pro conscientia et Fide dicendum est, hoc genus Contributionis, per se grave et tam ditioribus, quam mediae Sortis Civibus maxime onerosam. —

Hinc Gloriosissimæ Memoriæ, Rex Joannes Tertius in sæpe fato Rescripto Anni 1680. Nos inquit benè eo expenso, quod Centesimus Denarius ex Substantia et hæreditate Civium, seu alter Sanguis Servandus sit. Supremis Urbis necessitatibus etc: qua propter nulla tenus censemus, hocce medium conditioni Urbis, et Regiæ Nostræ convenire authoritati et dignitti. Ex his procul dubio rationibus Secundus Ordo, circa hoc genus tributi; à Nobis dissensit, illudq extremis necessitatibus, quas Deus, ab hac Civitate clementer avertat, ex mente Sapientissimi Regis reservavit. Posito vero, quod hæc Contributio, modo proposito, ab Ordinibus exigenda acceptaretur, non liqueret, qualis loco hujus, post biennium esset exigenda. —

Ad 7mum. de Tributo Angariæ minore, Vulgo Klein Scharwerkgeld dicto, notum est quod præter minor. adhuc aliud, quod majus Vulgo Grosz.

vocatur in hac Civitate exigatur. Utrumq plurimos Civitatis Incolas, multum aggravat. —

Si igitur minus Singulis annis 15. Florenis augendum esset, augeretur simul onus, quod imprimis mediæ, infimæq Conditionis, homines simulq Viduas, et Pupillos, valde et multo plus, quam omne Accisarum genus premeret. —

Ad 8vum. Pecuniæ à signata Charta et a permissione tardius ingrediendi in Urbem, ex Concluso Ordinum Pecunijs Subsidialibus, ad alios jam usus assignato sunt. Illa carere hoc supplemento, ideoq pecuniæ, hæ, Nobis contribuendi modis, accenseri non potuerunt. — Quod loco ultimo injungitur ut ad minuendos Sumptus publicos, præsidiarius Miles, ad eum Numerum minuatur, quam Domini Regij Commissarij —

proposuerunt, quive Tertio Ordini perplanit, Salva Securitate Civitatis, vix deduci ad effectum potest. Etenim jam praevio paucis adhinc Annis diligenti et accurato Examine, Praesidium Militare, ex concluso Ordinum, ad eum Numerum et Statum reductum est, qm omnes Ordines pro securitate Civitatis, maxime esse necessarium judicarent, quiq tum temporis etiam tertio pplacuit Ordini. Neq vero in hoc Statu actualiter reperiatur, sed ob Augustias aerarij militaris, literum numerus ille, ab Ordinibus determinatus, et fixus diminutus, ita ut nunc Miles non sit sufficiens, occupandis omnibus Stationibus, qui si denuo diminuendus foret, nimium certe securitas Urbis exponeretur. Quod Ordo tertius, eo ipso agnoscere videtur, quod Cives obeundis excubijs, in locum Militis Stipendiarij, Stationibus omnibus, non suffecturi Offerat. —

At hoc medium extraordinarium non nisi in casu necessitatis, cum nempe Miles Stipendiarius, in deffendendis exterioribus Munimentis occupatur, adhiberi solet, quo tempore Cives Stationes in Civitate, et quidem ad tempus aliquod tuentur. Si vero functio haec Militaris, ad longius aut perpetuum tempus extenderetur, cum Civibus non modo taediosa sed Onerosissima etiam foret, cum Senes aegroti pauperes et Viduae, non sine Expensis, multis homines in locum sui, ad Stationes Militares conducere cogentur. —

Quandoquidem patet ex adductis, quod 1mo Civitas haec vigore Privilegij Casimiriani, libertate gaudet Contributiones, in Subsidium Civitatis ex Consensu Ordinum sanciendi, cui Consensui, et Concluso

Generali, unus Ordo, pro libitu contradicere, consequen=
ter sancitas, per ordines Contributiones abrogare,
per Statuta Regis, Sigismundi Primi, et Decretum
Domini Regis Joannis Tertij de Anno 1678vo, nequit; —
2do Quod Accisæ hactenus in Civitate solutæ, et
ab omnibus Ordinibus impositæ, levius tolerabiliusq;
sint tributi genus, quam qui in locum locum succede
re debent, contribuendi modi, qui uti ostensum partim
incerti, et insufficientes, partim abrogandis, multo One=
rosiores. Proinde Sacram Regiam Majestatem Vram.
Dominum Nostrum Clementissimum, Supplices ob=
testamur, ut primum Civitatem hanc, in libero usu et
Exercitio, sæpe fati Privilegij Casimiriani conservare
et manutenere Clementissime dignetur, nec unius Ordi=
nis, aut quorundam ex uno Ordine voluntatem
eligendi sibi, citra reliquorum Consensum Ordinum
certam Contributionem, et abolendi istas, quas omnes
Ordines imposuere, Regia Sua Authoritate p Rescrip=
tum confirmare velit. Quod non solum insigne, juri=
bus Cardinalibus hujus Civitatis, præjudicium infer=
re, sed ipsi etiam, Civitati ingentem posset conciliare
confusionem, cum ruina ejusdem et Eversione antiquæ
Regiminis forma conjunctam. —
Deinde ut Sacra Regia Majestas Vestra, Nos ex alle=
gatis rationibus, ab obligatione Rescripti benignissime
liberare, impositionemq; accisarum ab omnibus hujus
Civitatis ordinibus factam, hujusq; usibus destinatam
eo usq; diligentissime permanere permittat, ut Necessi=
tates Civitatis hujus diminutæ Unanimem Ordinum
Consensum, pro accisis abrogandis, nonullis eliciant,
Cujus rei spes fortassis pro Anno 1755to. concipi po=
terit. Siquidem tum temporis liberata, ab ære Batavo

Civitate, partem maximam Accisarum abolere, et quidem cum hoc optato effectu poterimus, ut nec novas Contributiones, sancire necessum fuerit, quod Civibus, et Incolis hujus Civitatis realem afferet alleviationem Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Domini Nostri Clementissimi ingenitus Iustitiæ Amor, et Paterna erga hanc Civitatem benignitas, spondent Nobis hac quæ iterum, iterumq devotissime rogamus, nova Gratiæ Regiæ Documenta. Quæ nos ea quæ pios fideles, et obsequentissimos Subditos decet, Fide, devotione, et Obsequio humillimo demereri non omittemus, pro Salute et incolumitate Sacræ Regiæ Vræ Majestatis, Domini Nostri Clementissimi, Candida ardentissimaq Vota quotidie exolventes, Tarda sit illa dies, et Nostra serior ævo. –

Quod Caput Augustum, quem temperat Orbe relicto. Accedat Celo, faveatq precantibus absens. –

Rescriptum Sræ Regiæ Mttis. quo abrogantur nonullæ Accisæ in Civitte Regia Gedanensis et aliud Contributionis genus subrogatur ex Minori Cancellaria Regni Dresdæ die IX. Augusti Anno Domini 1749. expeditum. –

Augustus Tertius etc.

Nobilibus et Spectabilibus Burgrabio, Præ Consuli, Consulibus Scabinis et centum Viris, Civitatis Nostræ Gedanensis, Fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam, Nobiles et Spectabiles, fideliter Nobis dilecti, Inter gravamina, quibus se Valde affligi, Nobis Communitas Fidelis Civium Gedanensium, humillime ad Nos detulit, non postremum fuit immodecarum Accisarum onus, quod tributi genus licet in

illis locis, quæ sub unius Principis vel Magistratus Jurisdictione, quorum scilicet Territorium clausum est, ut ibi pari pretio, omnes alimenta ac alia vendunt, emuntq; non in commodum neq; alijs præ alijs onerosum habetur, in Civitate autem Nostra Gedanensi, quæ Fundis a Jurisdictione Magistratus exemptis adeoq; ab accisa liberis, et intra sua mœnia dirigitur, et extra illa tota fere circumdatur Accisæ non nisi in maximum Civitatis damnum, et perniciem vergere possunt; Cives enim et Incolæ, quotidie magno numero, in eadem fundos liberos, se conferunt, et illecti viliori, ob non solvendas accisas alimentorum, aliarumq; rerum precio ad Cibum, et potum necessaria, alia ibidem statim consumentes, alia vero in Urbem, et Clam et Custodibus conniventibus portantes ac merces tum Opificiarias, tum Mercatorias eveniunt, cum interea Opifices et Negotiatores in Civitate ab intensum rerum, ad Victum necessariad, propter accisas, Pretium operas, Res, et Merces suas, carius adacti æstimare negligantur, ut de Penuria emptorum quæri necessarium habeant, et ægre se suosq; sustentare queant. Inde pecunia in alienos Fundos exportatur facultates Civium attendantur, et eorum Numerus in dies minuitur, ut in quibusdam Vicis, ubi olim hominum frequentia, iam solitudo sit, et plurimæ ædes habitatæ, quondam nunc Vacuæ, et neglectæ, quarum aliæ proximam ruinam minantur, aliæq; procubuerunt, Rudera sua ostentant, cum contra fundi illi, qui accisarum Onere immunens, Incolis, et domibus, copiosiores niteant, rebusq; omnibus abundantes, in apertum damnum Civitatis, magis ac magis augerantur, ut magna ejus pars, ex portis in illos imigrasse

videantur. Nos igitur pro Paterna in fideles Cives Nostros Gedanenses Solicitudine, et clementia, precibus justis eorum commoti, Reverendo in Christo Domino Adamo Stanislao Grabowski Episcopo Varmensi, et Sambiensi, atq; Gnoso Antonio de Leubnitz Nostro Consiliario Aulico, praeter alia comisimus, ut de tollendis Accisis Civitati universae noxijs cum Magistratu diligenter agant, quo desiderio Civium annuens modos cum reliquis ordinibus, ineat, quibus aut omnibus, aut maxima ex parte sublatis Accisis, necessarij Sumptus Civitatis conferantur. Secutae de Accisis abrogandis, Consultationes frequentes, et ad todium longae, in quibus Nobilis Consularis Magistratus, et cum eo Scabini, tanquam secundus Ordo, magis ex suis, quam totius Urbis Rationibus, praeter paucas admodum, in quarum abrogationem Consenserunt, et unde exiguum et fere nullum Commodum in Civitatem fuisset derivatum, tributo inveterato, sibi non molesto, non nullis etiam, ex Consulari Magistratu utili assvete, plerasq; conservandas censuerunt. Tertius autem Ordo, totam Communitatem repraesentans demonstrato non in pristinum florentem Statum Civitatem restitui, nec insuli Commercijs non Civibus, non infirmae et misere Plebi subvenire, non averti gravius, et imminens malum, nisi Accisis, si non omnibus plerisq; tamen ijsq; maxime onerosis, quam primum sublatis. Et praefati Nostri Commissarij, pro laudabili in ejusdem Civitatis nostrae, commodum, et Incrementum studio ac Zelo Controversiarum inter Consularem Magistratum, ac Tertium Ordinem totamq; Communitatem complanandarum partes indefessae

explentes,

nihil intentatum relinquerunt, quod de Accisis, distrac=
tas Mentes, in unam Sententiam, flecterent. —
Quam autem multo tempore laborando, et tam ore te=
nus, quam in scriptis Concordiam, in negotio, a quo sa=
lus Civitatis pendet, svavendo nihil profecissent,
miserunt ad nos rationes, et Argumenta, quibus No=
bilis Magistratus Consularis, cum Scabinis pro Con=
servandis, tertius vero Ordo, pro abrogandis Accisis
usus est simul, ac nova Contributionum genera,
quibus pro præsente Civitatis necessitate, supple=
tur illud, quod per tollendas Accisas publicis redi=
tibus subtrahitur, quibusve tertius Ordo, Civium
universam Communitatem repræsentans, toto
animo consentit, Itaq maturè, quæ pro Accisis, et con=
tra illas oblatæ, rationibus trutinatis, quæ ex abrogan=
dis, Civitati Nostræ Gedanensi obventura Commodis,
et incommodis, in dies majoribus, si Exactio Accisa=
rum diutius Contineretur, humillimis sæpe dictæ Com=
munitatis Precibus, Clementissime annuendo, Sequentes
Accisas scilicet 1mam Accisam Braxatorum, à Bra=
sco Vulgo Accisa. 2dam. Accisa quæ a Cerevisia
domestica pendetur. 3tiam. Accisam pistorum. 4tam
a Vino Partem tertiam Accisæ. 5tam Accisam quæ à
Civibus, pro vino, Cremato distillato exigitur. 6tam Acci=
sam à Caseis. 7mam. a lanionibus medietem Accisæ,
tollimus, abrogamus et prohibemus ita ut modo dictarum
Accisarum Exactio manentibus tamen. 1mo Accisa
ab Medullijs, præter dimidium laniorum ab edulia infer=
ri solitam. 2do. Accisa a Cerevisia, sive terra, sive Mari
aliunde advecta. — 3tio. Trientibus duobus Accisæ à Vino.
4to. Accisa à Vino, Cremato præter quos Civibus eodem
titulo remittitur. 5to. Accisa aliquis, et 6to Accisa

a Vino Cremato gallico, à Melle Hydromelle foris cocto, polentesq vulgo.
externis, à Tabaco Amylo Supone, tum à lateribus, et Tegulis, mari advectis, Festo Sancti Martini Pontificis et Confessoris, proxime venturo, omnino cessare debeat mandamus. In locum vero sublatarum Accisarum præter remanentes Succedere volumus. 1mo. Ter Mille florenos, Singulis Annis ab Incolis Insulæ Stublaviensis, pro Militia pendi solitos. 2do Decem Millia Florenorum, annuatim, ex omnibus Civitatis pagis, Panem, Cerevisiam, et Crematum abrogatis Accisis, meliori pretio habituris. 3tio. 5. Millia Florenorum singulis Annis à Mennonistis Tutelæ, Nomine solvendos Vulgo . . . 4to. Tributum Judæorum vulgo . . . .
ad 5tum Millia Florenorum, annuatim computatum. 5to Ex Summa pecuniæ, quæ Batavis debetur, Singulis Annis, Sexaginta Millia Florenorum, in usum Civitatis vertenda. 6to. Octava Pars Centesimi Nummi, ex Facultatibus Civium, et Incolarum perbiennium, nec ultra semel, per Annum exigenda. 7mo. Tributum
dictum singulis Annis, Quindecem Florenorum millibus augendum. et 8vo Pecuniam quæ à Charta signata, Vulgo Stempel, Papier, etiam quæ in portis, ab hominibus in Urbem serius reduentibus penditur, Vulgo
ad minuendos, porro sumptus publicos, volumus, mandamusq ut Milites Præsidiarij ad eum Numerum, quem præfati Commissarij Nostri proposuerunt, quive tertio Ordine perplacuit minuantur. Quo autem eorum objectioni occurratur, qui putant imminuto præsidio reliquos Stipendiarios, non omnibus Stationibus suffecturos ordinamus, ut si id necesse fuerit, una eademq Statio, eaq honoratior assignetur Civibus, si se ad obeundas diurnas, Nocturnasq excubias, paratos esse

declararunt, Et ita examinatis rationibus, motivis et argumentis coram Nostris Commissarijs, ab utrinq; loculenter expositis, et adductis, jam vero ad Nos fideliter Relatis, motu proprio, ac de certa Scientia, Ordinamus, et Statuimus Vobis, qui supra mandantes, ut præmissa omnia ac Singula, ex re, et utilitate Civitatis atq; Exemplo, Serenissimorum Poloniæ Regum Prædecessorum Nostrorum Constituta, ac disposita, sub gravi Indignatione Nostra, et pœnis contra Convulsores Rescriptorum Regiorum Sancitis, fideliter exequamini, et diligenter observatis, Pro Gratia Nostra Regia, et Officii Vestri debito. In quorum Fidem ett. – ett.

Responsum ab Illmo Supremo Regni Cancellario, Magistratui Gedanensi die 6ta 8bris 1749. Konscijs datum. —

Literæ quæ ad me, a Dominationibus Vestris pervenerunt, de 26. Mensis elapsi, repletæ sunt expressione, Summæ afflictionis, ex emanato Dresde Rescripto Regio, pro abrogatione nonullarum Accisarum, Serenissimus Rex Dominus Noster quia Clementissimus, benigne subditis præbendo aures, etiam Civitatis Gedanensis Communitati, noluit alius esse. Sciunt tamen Dominationes Vestræ, ad auditum unius partis, Regia Rescripta emanari, id Circo Prudentiâ Comite suum, ad Serenissimum Regem, fecerunt Recursum, cum Reflectionibus Iurium Suorum, sic semper procedant, Ego ex parte mea, nunquam deero Civitati huic, circa Iustitiam, mea non præbere Officia, nunc autem omnia fausta vovens maneo ett. ett.

Literæ ab eodem Magistratu ad Eundem Illmum Supremum Regni Cancellarium d. 14. 9bris 1749. Gedani scriptæ quibus denuntiant iteratum Sæ Ræ Mttis Rescriptum in Materia Accisarum emanatum esse petuntq ut rebus lapsis ejusdem Civittis succurratur, Juraq Civitatis Conserventur.

Illustrissime etc.

Cessit Nobis insigni Solatio qd Illma Excellentia Vestra Literas Nostras die 26. 7bris exaratas, ijsq adjunctum Exemplar, humillimæ Informationis ad Rescriptum Regium, de abrogandis nonullis Accisis, benigne excipere, et gratiosissima sua Responsione, die 6. Mensis proterlapsi, ad Nos datta voluerit dignari. Devinctissimis Veneramur pectoribus, hoc Illmæ Excellentiæ Vestræ, inter beneficia reliqua, cumulare Nobis exhibita gratiæ documentum, et humillime confisi eramus, Sacram Regiam Majestatem momentis, in libello Informatorio, allatis benignissime Expensis, Nos ab Executione Rescripti istius, nunc et plene perficienda Clementissime absoluturam. Ast aliud placuit Regi, ac Domino Nostro Clementissimo, exhibitumq fuit Nobis die 23. 8bris, iteratum Rescriptum, in Materia Accisarum, ad Nos et Scabinatum primariæ hujus Civitatis, tanqm Secundum Ordinem directum, quod cum dicto Scabinato, statim communicavimus, deliberationibus desup diligenter institutis, eo tandem res devenit, ut post habitis omnibus rationibus, quæ aliud svadere potuissent, Ordines hujus Civitatis unanimi Consensu, apud se constituerint, unanimi Consensu apud se constituerint, Voluntati

tati

Regiæ, in Rescripto memorato de abrogandis Accisis expressæ, quoadusqm fieri potuit, sese accommodare. Id circo non modo edictum, desuper publicari curavimus, sed etiam in ordinandis ijs, quæ ad mentem dicti Rescripti Regij, fieri debent, et in removendis varijs ijsq gravissimis inde sub necessitatibus cum reliquis Ordinibus, jam intenti sumus prout Illmæ Excellentiæ Vestræ Secretarius Noster, ad Aulam Sacræ Regiæ Majestatis Commorans pluribus exponere poterit. Quod vero, in hac rerum perplexitate, Animos Nostros, præsentia, et futura, anxie circumspicientes erigit, explorata est Regis, ac Domini Nostri Clementissimi indulgentia, qua freti humillime confidimus fore, ut Sa Ra Mttis., hanc Subjectionis, et Obedientiæ Nostræ testificationem, Clementissime accipere, et sua Regia Gratia vereq Paterna, nos porro sustentare, et recreare non dedignatura sit, Hanc Nostram spem multum firmat, Illmæ Excellentiæ Vræ Singularis in Nos, et hujus Civitatis benevolentia, et Commoda propensio, qua permoti eandem debito Venerationis, cultu, rogamus dignetur, pro Gratia qua apud Sacram Regiam Majestatem pollet pro sublimi munere suo Regium Animum, eo inflectere, ut quod de dissidijs intestinis, ad hoc superest quantotius tollatur, et rebus Nostris lapsis ita succurratur, ut jura et immunitates Civitatis, plus præjudicij non patiantur, Magistratui, eaq Ipsi secundum hujus Civitatis antiquissimam formam competunt, conserventur, et qd non leve momentum trahit singulis Ordinibus, libera semper maneant Consilia. Quod illustre gratiosissimi affectus argumentum, obstrictissima mente venerari, omnibusq paratissimis demereri Officijs

non intermittemus, Illustrissimæ Excellenciæ Vestræ, Constantissimæ gratiæ, post Vota inconcussæ Valetudinis, et quarumlibet, prosperitatum, Nos et hanc Civitatem observantissime Commendantes. _ Datum Gedani. die 14. 9bris 1749.

Illustrissimæ Excellenciæ Vestræ ad Officia paratissimi, Præ Consules et Consules Civitatis Gedanensis. _

Responsum ad Præcedentes Konscijs, die 10. Xbris 1749. datum. _

Ad Litteras Dominationum Vestrarum, die 14. 9bris 1749. ad me exaratas, sufficienter respondere, nunc non valeo, totam rei seriem, quid Gedani actum, hucusq ignorans, Voluntas Serenissimi Regis Domini Nostri Clementissimi clara semper fuit et est, prospicere bono, Civitatum Ordini, ideo non dubito, et hæc Rescripta, non ob aliam Caussam emanata fuisse. Si ob accisarum impositionem populus, gravatum se sentit, et alius modus contribuendi est adinventus, vel aliæ Exactiones sufficere posunt sine Accisis, certe et Dominaões Vestræ facile, ad levanda ex populo Onera, prompti esse debent. De cætero cum Serenissimus Rex D. N. C. avertendo Expensas, quas post se Commissio trahit, cum Amicabilem Compositionem svaserit, et curam ejus dederit Reverendissimo Terrarum Prussiæ Præsidi, Episcopo Varmiensi, effectus est, Paterni Cordis Regij, Successus Dominationibus Vestris, a Deo Optimo Maximo, felices et prosperos, Cordicitus apprecor, meq semper Consolabitur notitia, qd Cives de Dominationibus Vestris contenti sint, Vestræq Dominationes de Civibus conquerendi, Occasionem nunquam sint habituræ. etc. etc.

Copie de la Lettre, que le Roy ecrit au Grand General de la Couronne, et aux autres Senateurs.

Monsieur etc. Vous deves, j'espere etre pleinement Convaincre, qu'il n'y a rien, qui me tienne plus a Coeur, que le Salut, et la tranquillitè de mon Royaume Juges, ainsi de la peine, que me doit causer ce qui est arrive, en dernier lieu a Peter leau. & V. comme l'interstice total de l'Administration de la Iustice joint a l'animosite, qui regne entre les Principales Maisons, de la Nation, pouroient avoir des Suites tres funestes, toute mon attention est tournèe vers les moyens, de les prevenir, C'est a cet que je pense de signer des Universaux, pour d'autres Dietines Deputes au Tribunal, mais je veux auparavant etre assuré du meilleurs Succes, de ces Nouvelles Dietines, et comme quoi l'on y procedera selon les loix, en toute tranquilitè et en s'absentant, de toute Violence, pour parvenir, a cebuit salutair il faudroit, que les Familles, jalouses l'un, a de l'autre, se depouillassent de cette Saine inveterèe, et se reconciliassent, sincerement c'est a quoi je vous exhorte, et ce que je vous demande, comme une preuve de Votre attachement, pour moy, et de votre amour pour la Patrie, prians au reste Dieu. etc: etc.

Respons na ten List od J. O. JW. Pana Hetmana W. K. z Józefowa die 7. 9bris 1749 Anno.

Z nayglębszym Respektem, y nayzywszą Rekognicyą List Waszey Krolewskiey Mosci odebrałem, Oycowskie Jego starania dla dobra tego Królewstwa zobiiaią wszystkim dobrym Patryotom, ze czułośći ktorą

Rzeczpospolita wierna, i do swoich Królów i Panów przywiązana, nayodleglejszey wiekopomności podawać będzie. Można sobie tatwo wnosić, jak wiele Wasza Królewska Mość czuiesz nieukontentowania ex eventu emergenti, w Piotrkowie, co i Państwom tym nie mniejsze sprawuie umartwienie. Przerwana Sprawiedliwości Administracya, i nie pocieszne, które naturalnie z takowych przyczyn wypływaią Konsekwencye, nie tak animositatem między domami dowadzą, iako raczey obalenie i zrwanie równości, która w tym kraiu zachowana bydź powinna, iako osobliwie interessuiąca Stan Szlachecki, w którym wszyscy poddani W. K. Mości chcą unanimiter z Godności Urzędów i Powinności swoich, concurrere do sposobów, Dobro pospolite ztwierdzaiących, y Serce W. K. Mości kontentuiących, tak aźeby pełniąc wierną przysługę Majestatowi Jego, mieli to sobie za prawo wszyscy, honor i powinność, Ta zatym iest Nayiaśnieyszy Panie, zelozya równey żarliwości dla dostoieństwa Osoby Jego Pańskiey, a nie preferencyi Familiey, która wzrusza kray cały, oddany w łagodne i słodkie rządy W. K. Mości, to pewna że w tym Królewstwie dyssymulowana nie mały czas, niektórym osobom uzurpowane we wszystkich niemal Magistratach, osobliwsze rządzenie się, oraz Interessami tegoż Królestwa władanie, gdzie po kilka razy podciśniano dobrą wiarę, y łaskawe Serce W. K. Mości, imponendo nawet w wielu okolicznościach samey sprawiedliwości milczenie, nie mała część Polski spodziewała się, że na końcu moderacya, y dyskrecya iey przyprowadzi ad Orbitam równości tych, którzy wynosić się chcieli, cum praejudicio tylu współbraci swoich, bez mała attencya, na tę skromną cierpliwość, sprawiedliwszy

cale przeciwne skutki w oczekiwaniu powszechnemu przy=
wiodła rzeczy do takiey miary, z iakiey wyniknął upadek
tyle Seymów, i zguba Trybunałów, przeco Prawa nay=
gruntownieysze z swoich wypadły karbów z zgorsze=
niem nietylko Narodu Polskiego, ale i całey podobno Eu=
ropy. –
W tym nieszczęśliwym przypadku, bierzemy śmiałości,
odkryć W. K. Mości, Oycu pospolitemu wszystkich Sy=
nów przyciężanych, Jego rany z rąk Jego wzywaią
Praw pomocy, rzuć Nayiaśnieyszy Panie wzgląd łas=
kawy na pokorne prozby nasze, a obiecuiemy sobie,
że W. K. Mość przez moment pozwolony Penetracyi
swoiey, u Narodów wszystkich administrowaney, ra=
czysz dobrotliwie nam użyczyć tey konfidencyi, do któ=
rey się każdy ubiegać pragnie. Droga którą W. K.
Mość bierzesz do przywrócenia Oyczyznie tych Ozdób,
z których się teraz obnażona widzi, myśląc podpisać
Universały na nowe Seymiki. Deputackie, coraz oświad=
cza bardziey chęć W. K. Mości uczynienia nas szczęśliwe=
mi, gdyby nie Reflexya, która oczywiście z tego Srodka
wynika, powinna strzymać tę rezolucyą. Przypadek
to iest nowy, cale niepraktykowany, okoliczności te wszyst=
kie rzeczy dotykaiąca, a zatym sama tylko Rzeczpospo=
lita, zgromadzona w nich, może ią rozeznać y rozsądzić.
Życzę zatem z miejsca mego ażebyś W. K. Mość zwołać
raczył Radę Senatu swego, in ordine do złożenia Seymu,
iaki się, W. K. Mości ex Resultato Senatu tego podo=
bać będzie. Trybunał który był na nowe w czasie
nieczwyczaynym podniesiony, niemógłby zadosyć u=
czynić temu, cokolwiek porządek ordynaryiny przype=
sał. Zaczęcie wspomnionego Trybunału przypadłoby
właśnie pod ten czas, kiedy się do Lublina ta Juryz=
dykcya

przenosić zwykła, Prowincya Wielkopolska sądziłaby
się być ukrzywdzoną, i nie łatwoby znieść mogła górę,
którąby w tym pomiarkowaniu miała nad nią Małopol-
ska. —
Marszałek Trybunalski nie rozciągnąłby swojey pre-
rogatywy nad obiema Prowincyami, których Jnteres iesz-
cze iest większy nad wspomnioną Prerogatywę, Regestra
Województw Wielkopolskich, które się tego Roku sądzić
miały, upadły. W cale na ten Rok, a y następujący nie-
mógłbey poprawić w tey mierze porządku iuż rozerwane-
go. A ten sam przez się iest Prawem wyraźnym. Te
przyczyny Najjaśniejszy Panie które W. K. Mość sam
osądzić raczysz, wzniecityby kwestye prowadzące Stan
Szlachecki do kontrowersyi, pro re et contra, umysł Re-
publikantów posądzaiący i zazdrosny Zwyczajów y przy-
kładów Essencyalnych lub przypadkowych, nie skłaniał-
by do iakichkolwiek skutków, te Seymiki z Prawa wy-
raźnego, w tym, a nie w innym dniu naznaczone, na któ-
rych znaydowałyby się trudne, i dotkliwe ad discutien-
dum Materye, z których naywiększe sam Trybunał,
gdzie się tyle bezprawia, niesprawiedliwości, krzywoprzy-
sięstwa wkradło, y tak często przez moc wkładanych róż-
nych subjektów, oraz innych przestępstw, któreby trzeba
poprawić w cale. Mówię to Nayiaśnieyszy Panie
z tą wolnością, którą W. K. Mość pozwoliłeś mi w liś-
cie swoim, iako Człowiek iuż dni pełen, y wprędce od-
dać gotów Rachunek, ze wszystkich Spraw moich Kró-
lowi nad Królmi, tam gdzie idzie o przywiązanie do do-
stoieństwa W. K. Mości, oraz o istotne dowody doma-
mego, zawsze Królom swoim w stałey wdzięczności
nieposzlakowanego, wraz z Wspoł. Braćią nemi, do-
bremi Synami tej Oyczyzny, nieodbiegaliśmy poczciwych

usług, w każdym czasie, teraz iuż ia sam ku Ziemi się nachylaiąc pragnę wesprzeć tęż Oyczyznę nietylko radą ale i tym cokolwiek miałbym u siebie nay szacowniey szego, mam przedsięwzięcie mocne łożyć sił moich ostatek, i wszystko poświęcić, azebyś Wasza Królewska Mość łaskawie rozeznał, że my dobrzy wszyscy Patriotowie i Sludzy W. K. Mosci, niemamy innego Interessu ani innego celu nad ten, azebyśmy widzieli W. K. Mci Pana Naszego Miłościwego iak naydługoletniey Nam spokoynie panuiącego, y tę równość w tey Oyczyznie zachowuiącego, która iest Strażą wolności. Daleki iestem od szukania wynoszenia się nad innych, raczey pragnąc widzieć wszystkich in aequalitate, azeby każdy trzymaiąc się w swoim Obrębie, dosyć czynił powinnościom Urzędów swoich, ktorym Prawa Oyczyste dobrze położyły, i porządnie opisały Granice, a W. K. Mość łaskawie Nam przyrzekłeś w całości utrzymać ie, Doskonałość i przezorność Iego Pańska godna całemu Swiatu udzielać się, poznać raczey z tych dowodów, że to ani Animositas, ani zazdrość, wzgląd podły y niski s prawuie, lecz dosyć uczynić Prawom Oyczystym, sam W. K. Mość iesteś w stanie ukoić skargi i żale nasze, które Rzeczpospolita od tylu lat ponosi, nie iest to zatem zadawniona nienawiść, która by między domami panowała, lecz utrzewiony umysł który teraz powinność i czułość Senatorska obudza we mnie, y w wiele innych, pochopy, które u mnie były Ustawy Praw, postępków, i Zycia całego. Sprawiedliwość która przy innych przymiotach wielkich, panowania godnych wstawia, osobliwiey Charakter Waszey Królewskiey Mosci, spodziewam się, że mu przyprowadzi na myśl moie usługi, przywiązanie do

Waszey Krolewskiey Mosci, i moie usilowania w utrzymaniu tey Oyczyzny w spokoynosci w tylu trudnych, y dotkliwych konjunkturach, zawsze we mnie widziec będziesz Nayiasnieyszy Panie tęż samę, zarliwosc, ktorey teraz wyciągasz po mnie, nie mogę iey dostatecznie oswiadczyc, chocbym tez dał niezliczone dowody dla W. K. Mci i dla całey Rzeczypospolitey, ktorey po Synowsku mowiąc wszyscy w pospolitosci wszystko powinnismy. —

Nicčestem chciwy prozney Chwały, ani czekam przy Swiadectwie ktore oddaję prawdzie. Rozciągac moy lub domu mego Kredyt, z ubliżeniem tylu innym przez zasługi y przez urodzenie rownym, poniewaz to co mogę nieczynię więcey nad to com powinien. — Składam głowę moję u nog W. K. Mci Majestatu znaiąc się bydz z głębokim i nieporuszonym Respektem. —

Copie de la Letre de Mr. Leveaux, ecrite à Mgr le Grand Chancellier, de la Couronne, en datt le 26. 9bre 1749. —

Monsieur.

J'ay l'honeur de communiquee a V. E. i joint en Copie, ce que le Roy mon Maitre il n'a fait parvenir touchant, les pretensions de Mrs. Zaręba, et Siemienski Letre, qui fera vois a V. E. Compien Sa Majestè est portee a rendre prompte, et Courte Justice. C'est a cette Occasion, que je pres encore tres humblement, la liberte de Souvenir V. E. de quelques Solicitations, que je l'ai faites par Ordre Supreme, et aux quelques elle en a pai daigne me repondree, a l'heure qu'il est, Me recommendant au reste a la Grace

de V. E. j'ai l'honeur de etre dans les Sentimens de la plus respectuese Veneration.

Monseigneur de Votre Excellence le tres humble, et le tres obeissant Serviteur. — J. C. Levaux. —

Excerptum ex Literis Regis Prussiæ, ad Mcum Levaux Residentem suum, ad Aulam S. R. Mttis. Regni Poloniarum. —

Pour ce qui regarde les pretensions, de deux Gentille Hommes Polonois, sur les quelles le Grande Chancellier de la Couronne Comte Malachowski, vous a fournir les exposes, que vous m'avez envoyes, ai Ordonne, a la Regence de Breslau d'examiner la demande du So Siemienski, a la charge, du Marchand Naglo aussi bien qui au Chapitre de la Cathedrale de cette Ville, de rendre bonne, et prompte justice, aux heritiers du Sur Zaremba, et de m'en faire Rapporte. —

C'est de quoi vous pouver avertis prealablament de Comte Malachowski en attendant, que je recouve les rapports de Silesie, dont je marquerai poi[n]t alors de Vous envoyer Copie, a fin que Vous puissie les lui Communiquer pareillement a Berlin le 4. 9bre. 1749. Anno. —

Responce sur la Letre, de Mr. Levaux donne par Mr. le Grand Chancellier de la Couronne.

Monsieur. —

J'ay lui avec Admiration l'Article de la Letre, que Vous avez eu Ordre de me communiquer de Sa Majeste le Roy, Votre Maitre, et je suis penetre de la bonte, qu'il a plus a Sa Majeste d'avoir pour moi, de donner ses Ordres, a ceux, a qu'il appartient en

Silesie pour qui soit facte raison, aux plaintes, des deux Gentille hommes Zaremba et Siemienski, pour les quel j'avair intercede. —

Vous en aurieur pas occasions, de me rejteres, par Vos Lettres die 31. du passe, et 26. du cou Vos instances de faire rendre justice aux Sujets, de Sa Majeste, des tors, qu'ils alleguent leur avoir ete faites par des Polonais, si ces affaires dependojent toujours de moy, et si il y avoit j'ai la meme facilite, de les traiter, qu' il y a chez Vous. —

Au sujet, du Gentile homme Nieboracki, je vous envois, une letre pour le P. de Marcenbourge, au quelle doit appartenir la Connoissance du Crime qu' on lui impute, et a mon retour a Varsovie, apres la Nouvelle Anne, je conviendrai de bouche, avec vous de moyens de faire satisfaire aux plaintes du Marchand Karwatka.

Vous avez vu d'annee, ce qui a ete de mon departement, Comme pour les Marchands de Koniberg, que je leur ai fait prompte justice, et je suis persuade, que Sa Majeste Prussienne ne m'impute point a faut aucun retardement, sur les solicitations qu'il m'ai fait faire vu, que pour l'amour de la justice, pour le majtien du bon Voisinage, et sour tout en Considerations d'une si grande Prince comme Sa Majeste il n'y a peine, que je meme donerois, pour lui faire avoir toute Satiffaction et Contentement. —

Je ne doute point, que Vous ne rendier Compte a Sa Majeste, de la sincerite, de ces sentimens, vous l'aures la bonte d'y avouter, que dans toutes les demeles, et plaintes, qui pouront survenir j'emplojerai tout le Zele, et attentions possible, pour entretenir une bonne harmonie entre tes deux Nations, et sur ce j'ai l'honneur d'etre —

Literæ à Gnoso Grothus Capitaneo Minori Doblenensi ex Marechallo G. Ord. Equ. Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ ad Excellmum Supremum Rni Cancellarium die 23. 8bris 1749. alt dat Scriptæ, quibus querulatur contra Gnosos Supremos Consiliarios, de non abolitione Gravaminum.

Illustrissime.

Illustrissima Excellentia Vestra, huncq Curlandiam Patriam meam, contra afflictiones omnes, Machinationes, ac impetus jam saluberrime protegit, et protectam adhuc habere vult, ut nec Invidia ipsamet Virtutum Sempiterna Comes Nostræ libertati innatæ, nullam queat addere afflictionem. Aurea verba Protectionum quibus Delegati Nostri Gnosi Domini de Heucking et Schopping, ab Illustrissima Vestra Excellentia, tot reiteratis Vicibus et quidem pleno effectu gavisi sunt, manent manebuntq Viva Documenta Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ labores indefessi. Felicissimus itaq Senatus ubi regnat Aurea libertas, ubi Iustitia pura, absq personarum respectu administratur, et ubiq denique Regiorum summa felicitas triumphat.

Ego uti Infimus Sacræ Regiæ Mattis. et Reipublicæ Servus, nunquam non satis Clementiam, sed et propensionem mihi in Judicijs Relationum S.R. Mttis. præterito Anno celebratis, circa retraditionem Cmethonum meorum, è Prædio Ducali Grosautz, in Specie Tockenhoff, Clementissime et benignissime largitam, nunqm satis humillime, et dimississime adorare queam.–

Descendentes mei et ego, quorum Proavi, iam iam

per multos Annos inexhausta Clementia Prædecesso-
rum Regum et Reipublicæ fruiti sunt, semper sem-
perq felicissimum Sarmaticum Gubernium fideli-
tatis omni Vinculo, gratoq animo agnoscere debent, et
agnoscunt. –

Pro Singularibus in me beneficiis, collatis et ego, et
mei Immortales persolvent Gratias, hic pro Virili
meo, quidem omnia et tamen nil feci. Adsunt Con-
fratres mei, Adest insimul tota Patria, quæ Suspi-
rijs suis arduis Deum ter Optimum, terq maximum
fatigare nunquam desinent, ut Illustrissima sua
Excellentia de diebus in diem cum Illustrissimis suis
Successoribus in summa felicitatis suæ cumen se-
curiores ponant gradus. –

Illustrissima Excellentia sua Antiquissima, ex
Prosaphia trahit Originem, hinc etiam vetustissi-
mas amat leges. –

Quod Divus Sigismundus Augustus cum Republi-
ca dedit Tertius Augustus cum Republica in Vigo-
re suo Corroboravit, et sic Sententiam pro parte
mea vi Justitiæ, et æquitatis latam, non ego solus,
sed omnes Concives mei Sceptro Sarmatico subjec-
ti, hilari animo, et serena exculant fronte. –

Unicum restat Nimirum perturbationes, quibus Pa-
tria mea adhuc agitata est, humillime Excellen-
tiis Vestris transcribere Conventus publicus, ho-
rum Ducatuum, nuperrime præterlapsus, hujus
rei verum, et indubitatum Exemplum suppedi-
tavit, dum modo Gnossi Supremi Consiliarij
contra Sanctissimam sæpius sæpiusq Regiæ Ma-
jestatis repetitum expressumq clementem men-
tis suæ declarationem, nullo modo Gravamina

Gravaminibus cumulata abolere volebant, nec a=
bolerunt, et sic Ordini Equestri impossibile
erat, porro cum Gnosis Consiliarijs Supremis,
sessiones publicas celebrare, finitis hinc Sessio=
nibus, et posita a Gnoso Ordine Equestri Ma=
nifestatione, reservatoq recursu ad Sacram Regiam
Majestatem finis rerum publicorum, tunc temporis
observandarum, et quidem unius Notu, intra Nos
Exemplo Proavorum Nostrorum propria subscriptio=
ne Gnosorum Deputatorum erat Constitutus. Post
hæc Gnosi Consiliarij Supremi in Summam dedigna=
tionem totius Nobilitatis Manifestationem, et sic
dictam præcustoditionem multis Scommatibus injurijs,
alijsq imputatis mihi, uti ex Mareschalco Conven=
tus præteriti publici horum Ducatuum miserunt qm
ego vero vi muneris mei, per Remanifestationem, et præ=
custoditionem in Iure Veritate, legibus, et æquitate fun=
datam plenariê, penitus pro Deo, Rege Republica, lege,
et Patria debilem, — et frustraneum reddidi. Et quo=
niam modernus Noster Plenipotentiarius G. Subjudex
Tuckomensis, de Torek transmissionem præfatorum om=
nium Actorum, jam procuratus erint, hinc per quam
humillime Illustrissimam Excellentiam Vestram ef=
flagito. Dignetur transmissa omnia, secundum inna=
tam sibi prudentiam, et Veritatem, disjudicare, et legere,
Coronidis loco Patriam, et Confratres meos, ne meosq
ulteriori Gratiæ et favori, quam firmiter Commendans,
donec Spiritus hos regit artus, indesinenter permaneo etc. —
Hermanus Frid. Gotthus Capnêus Noster Doblen
et Marechallus G. Ordinis Equ. Ducatuum Cur=
landiæ et Semigalliæ. —

Responsum ad Praecedentes, ab Illmo Supremo Regni Cancellario die 14. 8bris 1749. Konscijs datum.

Gnose Domine Amice Honorande

Quoniam literae quas Gnosa Dominatio ad me scripsit de data 27. 8bris, se referunt ad contenta Literarum, et Manifestationum per Gnosum Dominum de Torck ad me transmissarum, die 15. 9bris eandem repetam, quae eidem Gsō de Torik respondeo hodierna Posta, placebit illic, Gnosae Dominationis Vestrae perlegere Sensus meos de praesentibus internis in Curlandia motibus, et de caetero Gnosae Dominationis Vestrae prospera apprecans maneo. —

Literae a Gnoso Torck Plenipotentiario G. Ordinis Equestris Ducatuum Curlandiae et Semigalliae ad Eundem Illmum Supremum Rni Cancellarium Mitaviae die 15. 9bris 1749. Anno in Materia eadem Scriptae. —

Illustrissime etc. —

Non dubito Illustrissimam Vestram Excellentiam, literis meis cum annexa unionis Copia de die 20. 7bris bene accepisse, ex quibus eminebit odium Gsorum Consiliariorum Supremorum erga Ordinem Equestrem, et leges horum Ducatuum, quae attamen S. R. Majestas Conservatus intactasq in suo ultimo Responso, Gsō Ordini Equestri Clmē dato, promisit, Idem vero Consiliarij, magis, magisq injurijs, cum acerbis et nunquam probandis imputationibus cumulant, ut Excellentia Vestra ex protestatione Gsorum Supremorum Consiliariorum et Republica cum literis

G. Ex Marschalli de Grotthus a me annexis, latius vide= bitur. Gnosiq Ord. Eque. Curam pro conservatione legum Patria in Crimen læsæ S. R. Mttis. ac Reipublicæ immuta= tionemq Status detorquent, quod nullum fidelem Subditum nihilominus totum Gsum Ordinem Equestrem pati, qui nullo tempore munus debitum erga Sacras Regias Maje= states, Remq Publicam Serenissimam ex Oculis et corde, á tempore incorporationis, usq ad habitum demisit, nec unquam demittet. Pro quo Deum Ter Optimum Maxi= mum ex sua gratia unicuiq ex Nostris tuebitur, qui nul= lum auxilium alium, contra suos oppressores legum Patriæ, qm Sceptrum justum Sarmaticum implorant, et per me suum Plenipotentiarium Illustrissime Excellentiæ Vestræ satisfactionem Injuriarum, ac Expensarum. Securitatemq legum Ducatuum horum sperant, licita omnia media modo adhibendum, non desinuerunt. Itaq Illustrissime Vestræ Excellentiæ, Gratiæ ac Favori Jura ac libertates, Patriæ meæ commendo, Summaq animi Veneratione permaneo indesinenter. etc.

Vilhelmus Alexander Magnus Torck Plenipotentiarius Gsi Ordinis Equestris, Ducatuum Curlandiæ et Semigal= liæ Subjudex Trris Tuchumensis. –

Manifestatio Gnosi de Grotthuss Capitanei Mi= noris Dublenensis, Mitaviæ facta. –

Anno 1749. die 30. 7bris. Omnes ac Singuli Gnosi Do= mini Consiliarij Supremi me et Officium meum, ad se in Stubam Supremis Judicijs hic celebrandis Ordinariam referentes pluribus inferebant, quatenus Gnosi Herma= nus Fridericus Grotthus Capitaneus Ducalis Minor Doblenensis, Nuntiorum Terrestrium Mareschallus et hæreditarius bonorum Ait Aurensium Manifestationem

et Praecustoditionem, de data 28. Mensis Augusti proxime praeteriti. Coram Officio Regii Notariatus et Secretariatus publici interpositam, ipsis dominis requirentibus hic insinuare fecisset. Sequentis Tenoris, quod Gsũs. Ordo Equestris iam Anno 1748. die 16. Augusti publicis gravaminibus, tum temporis non abolitis, coactus fuisset, Manifestationem et praecustoditionem, per oblatam interponere, quod cum Gsũs. Ordo Equestris, Gravaminibus etiam non abolitis, cum Dominis Consiliarijs Supremis, deliberationes publicas porro continuaturus esset, illud eidem nullum praejudicium adferre deberet, siquidem Gsus Ordo Equestris, nulla alia ex ratione, cum Dominis Cancellarijs Supremis Conventum publicum, tum temporis communiter continuare commotus fuisset, quam quod firmiter sperasset, Dnõs Cancellarios Supremos, justissima declaratione Mentis, super Rescriptis et Responso Civitatum, sinistre et per malam Informationem Cancellariae exportatis, a Sacra Regia Majestate Rege ac Dn. N. C. primum subsecuta, tum demum pro Subjectissima eorum obedientia erga Sacram Regiam Majestatem, debitaq observantia legum horum Ducatuum, gravamina publica componere, minime cessaturos fore.

Cum vero post declarationem justissimam, a Summe mentionata S. R. Mtte. Ducatibus Curlandiae et Semigalliae iam factam, quatenus scilicet ejusdem S. R. Mttis mens, nullatenus sit, nec esse possit, per Rescripta et Responsum Civitatum, quicquam legibus horum Ducatuum contrarium disponi facere Domini Cancellarij Supremi his omnibus non attentis contra omnem Spem, Gsũm Ordinem Equestrem non sine maximo dolore expertum fecissent, quod Iidem Domini Consiliarij Supremi, ad debitam erga Sacram Regiam Majestatem obedientiam

et legum observantiam, gravaminum abolatione denegata, a Gsō. Ordine Equestri, nullo modo commoveri se paterentur, sed potius indicassent, se Gravamina haetenus residua, et post hac orta minime composuisse, seq Gsūm Ordinem Equestrem præpedivisse, quod minus deliberationes communes, continuare cum ipsis, ac quæcunq necessaria ad quietem bonum publicum, legesq sarte tecteq conservandum procurare potuisset. Siquidem G. Ordo Equestris, nullam haberet Securitatem, et guarantiam quomodo, et num pertractataq Decreta, inviolabiliter servata futura essent, Gnōsus Ordo Equestris, quam solenissime præcustodiendo, se Manifestare vellet, ne modus procedendi Dominorum Consiliariorum Supremorum, ratione abolitionis gravaminum non subsecutæ, et differentiarum inde, ab ipsdem Causatarum Gsō Ordini Equestri præjudicio esset, nec ullo quodam modo Iuribus, et legibus horum Ducatuum præjudicium quodam adferet, quemadmodum G. Ordo Equestris, non minus refusionem Expensarum: Ipsi a Dominis Consiliarijs Supremis hac tenus Causatarum et Anno 1746. in Diario jam indicatarum, porroq caussandarum, et Competentia quovis Iuris contra Dominos Consiliarios Supremos, sibi reservata vellet esse, id quod prædmentionata. Remanifestatio, et præcustoditio pluribus edoceret, eodem insinuationis dato, iam dicta Manifestationis 27. scilicet die Mensis Augusti, G. etiam Capitaneus Minor et Nuntiorum Terrestrium Mareschallus, postquam Gnōsi Deputati, Undecim Districtuum, qui Gsorum Nuntiorum Terrestrium Mareschallo, et reliquis Districtuum Deputatio accedere noluerunt, ex Stuba Conventus publici discesserant cum Remanentibus Gnōsis Deputatis, sic dictam

Constitutionem Compositionis et unionis fecisset, in qua Gnosis Dominis Consiliarijs Supremis insinuare tur. Quod contra Actuum Compositionis in laudo Publico de Anno 1746. Contentum eidem praecedentem, et insertam, nec non contra praemissa fide data, in articulis praeliminaribus ejusdem laudi publici expressa, imo contra declarationem Mentis et Paternam planae Concordiae Commendationem, et praemonitionem Sacrae Regiae Majestatis Regis ac Domini Nostri Clementissimi gravamina publica, non abolevissent, sed potius, per denegatum eorundem abolitionem, et per Convulsionem legum horum Ducatuum dissensionibus hisce in nonullis Ducatibus tam ab Annis durantibus magis magisque nutrimentum praeberent, ac amorem et Concordiam, quae accurata observatione legum et jurium horum Ducatuum, unice restaurari possunt. Ademptione legibus Contraria turbarent et ne ad Actum veniret praepedirent, qui modus eorum procedendi justissimae S. R. Mttis. Dni Nostri Clementissimi menuediametro contrarius esset, quam ob causam etiam Gnosus Ordo Equestris cum Ipsis ulteriora Instructionis puncta decidere communiter, congruenter conventum publicum continuare non posset, Siquidem gravaminum abolitio publicorum, secundum leges, et antiquam observantiam, necessario eidem Contentus praecedere deberet, quare Gsus Ordo Equestris, coactum se vidisset Constitutionem Consolationis, et unionis, cujus finis quoque esset restauratio omnium ac singulorum legum, horum Ducatuum assumere, Manifestationemque Supradictum Dominis Consiliarijs Supremis insinuare facere. Quamvis vero procedere hoc modo comparatum quod

nisi divina Clementia averteret totam dilectissimam Patriam; maxime Confessioni, irreparabiliq damno, exponere posset, Animos Dominorum Consiliario=rum Supremorum, ex debita Cura, studioq pro salute publica maximopere commoveret, primum tamen hoc fruentur solatio, quod Conscientia sua, Ipsis Testimonium daret. Se neq Sacræ Regiæ Majestatis Clementissimæ et justissimæ menti contrariatos esse, nec leges Convulsisse, et in Conventu publico Anno 1748 inchoato Annoq Currenti continuato, abolitio=nem eorum, quæ ut abolerentur, Gsũs Ordo Eques=tris legitime, et jure petiisset denegasse, nec sua pro=missa antenora fide data, non præstasse, nec discor=dijs nonnullis, iam ab Annis hisce in Ducatibus du=rantibus magis magisq Nutrimentum præbuisse, nec amorem et Concordiam, a S. R. Majestate Pa=terna prorsus admonitione Commendatam, adempti=one quadam legibus Contraria turbasse, et quod ef=fectum non habuerit præpedivisse, porro, etiam ex hoc solatio fruerentur, suam Dominorum Consilia=riorum Responsionem ad puncta, quæ ceu gravamina portenta esset, ulterioresq reflectiones super annota=tionibus, Nomine Gnõsi Ordinis Equestris, Commu=nicatis, pro innocentia Dominorum Consiliariorum, intuitu omnium imputatorum pugnare et deniq Gnõsum Ordinem Equestrem omnium districtuum, in genere scripta eorum ponderando pro profunda sua rei Cognitione adinventurum esse, quod Domini Con=siliarij Supremi nil aliud quam quod responderint ad gravamina respondere potuerint, Juramentis e=nim Sancte præstitis obligarentur, non solum ad fi=nem inviolabiliter servandum, et subjectissimum

obsequium Sacræ Regiæ Majestati, Domino Nostro Clementissimo præstandum, sed ad tuendum Jura Domus Ducalis, quantum fieri potest, et ad fidelissime, et debite præ Oculis habendum Ordinationes et Privilegia secundum Pacta subjectionis formulam Regiminis decisiones Commissoriales, Jura et Consvetudines omnium Incolarum in genere et uniuscujusque in Specie, Quare cum Gnosus Ordo Equestris in primo suo gravamine Dominos Consiliarios Supremos rogasset, ut quoniam Rescripto unilateraliter exportata dissensionibus et Turbis in Ducatu ansam præberent, una cum Gnoso Ordine Equestri, exportationem eorum, non solum præpedirent, sed potius non attento Rescripto exportato, ad præscriptum solum, modo fundamentalium legum eadem demeret Gsoque Ordini Equestri sufficientem desuper Securitatem, præstarent Domini Consiliarij Supremi absque læsione Jurium Supremi, et directi Dominij S. R. Mttis. Supremoque ejusdem Authoritatis, ad petitum hoc modo condescendere non potuissent, sed a præscriptum decisionum Commissorialium inter Rescripta S. R. Mttis, legibus conformia, et ad sinistram Cancellariæ informationem obtenta distinctionem fecissent, quorum priora exacte observaturi, et contra posteriora subjectissimi, quam primum remonstraturi essent, insuper quoque indicassent, unicuique contra Rescripta modo posteriori obtenta beneficium Citationis, ad reponendum patere. Quoniam vero Gravamen, contra Rescripta, terminis plane generalibus oppressum, explicatio a Gsõ. Ordine Equestri petita fuisset, ex cujus Rescripti Regij interpretatione Menti S. R. Mttis contraria, consvetudo legibus Ducatuum minime conveniens secuta esset, siquidem absque speciali ejusdem allegatione ad gravamen solide responderi

non possit. Ad hæc cum Responsum S. R. Mttis. pro Civitatibus et declaratio de 3. Xbris 1748. ceu Rescripta, quæ sinistre exportata essent, et male applicata delata essent, ex profundo subjectissimoq erga Sacram Regiam Majestatem respectu. Gso. Ordini Equestri, ob oculos poni debuisset Sacram Regiam Majestatem, non nisi propositione, á Gnosis tum temporis, delegatis horum Ducatuum, in supplicatione sua, et Informatione contra Rescripta, et Responsum, facta, bene ponderata, et in præsentia eorundem Delegatorum Varsaviæ Rescripta, et Responsum pro Civitatibus de Anno 1746. in sua declaratione Regia de 3. Xbris Anno 1748. confirmasse, ijsdem institisse, Consiliarijsq Supremis, Contenta Rescriptorum, et Responsi ad Executionem perducere demandasse, Siquidem ex Clementissimæ Regiæ Mentis declaratione repetita, et confirmata, Consiliarij Supremi, nil aliud concludere potuissent quam quod Sacra Regia Majestas, audita parte utroq Rescripto, et Responso excepto puncto aggeris Molendinarij Bauscensis apperturam tangente institerit, adeoq Rescripta hæc, et Responsum uti etiam declaratio, non ad sinistram Cancellariæ Informationem, exportata sint, sed cognitionem Sacræ Regiæ Mttis. certamq ejusdem scientiam, Responsum hocce Juribus horum Ducatuum, nil quidquam derogasse, pro fundamento haberent, hincq a Consiliarijs Supremis, nisi culpæ gravi, rationiq desuper reddendæ, se subjicere vellint, non ita quemadmodum, Nomine Gnosi Ordinis Equestris prætensum est, consideranda fuerint, Consequenter G. Ordo Equestris, si in contrarium fundamentum, habere crediderit ad S. R. Mttis. Supremam personam subjectissime recurrere debuisset. —

Ad Gravamen 2dum, ratione apperturæ Aggeris Molendinarij Bauscensis, Domini Consiliarij Supremi, Responso Clementissimo Responso, pro Gso. Ordine Equestri emmanato,

obsequioq suo Subjectissimo Convenientia respondissent, ac declarassent, se quoniam tenore declarationis Regiæ Molendinum, in eo statu et frumento moli possint, Conservari, ususq ejus manere deberet, per hominum idoneum et peritum inquiri facturos esse, quomodo Supremæ S. R. Mttis. menti subjectissimæ satisfieri possit hocq facto, eidem satisfacere promisissent, apperturamq aggeris Molendinarij iam iam perfecissent. –

Ad 3tium et 4tum. Gravamen quæ ad Instantiam Ilsorum Deputatorum Mitaviensis et Goldinensis, Districtuum contra has Civitates illata essent, responsio et declaratio, Dominorum Consiliariorum omnibus juribus, et æquitati, imprimis etiam decisionibus Commissorialibus, de Anno 1717. ut pote, quæ Jura Compatronatus Civitatum illæsa, Conservassent, in omnibus conformis esset, siquidem resolutio ad hac, quæ Nomine Districtus Mitaviensis in Cancellaria Supplicando petita essent, ibidemq per Mandata quoq decidi possent, tam diu saltem donec utraq pars in Cancellaria cum suis Allegationibus et remonstrationibus sufficienter audita fuerit, dilata est, quod vero in petitis Districtuum Mitaviensis et Goldinensis ad Visitationem Eclesiam pertinet, ex observantia sacrorum publicorum, ad eandem remitti debuisset, ut ab eadem, Jure Patronatus Civitatum non postposito inquiri, et vel ab eadem Visitatione vel pro rei gravitate, a Principe vel a Regimine, quæ fuerint opus Ordinari possint. Ne vero interea Templum Goldini, Ordinarijs suis reditibus privaretur, damnumq pateretur, Consiliarij Supremi se obtulissent, Civitati Goldingensi per Mandatum injungere, quousq ad reassumptionem Visitationis Ecclesiæ, ea quæ Ecclesiæ solvenda, secundum veteres Ordinationes et observantias salvi deberent, postulato in gravamine quinto

Contento ut scilicet Citationes duellantibus hactenus emanata cassarentur, eo quod lex contra duella existens, ad executionem non pducta esset, et plane in disvetudinem abijssent. G. vero Ordo Equestris ad Legem a multis temporibus, quasi mortuam renovandum; non minus qm ad novas leges sanciendum pertineret deferre ad gravamen hoc modo abolere, potestatem Dnorum Consiliariorum excederet, Officijsq eorum contrarium esset, eo attento, qd detestabilis violatio Jurium Supremorum S. R. Mttis. Dni Nostri Clementissimi fuisset, si posqm alte mentionata S. R. Mttas. vigore Responsi sui, rigorisq Mandati, de 1ma Xbris Anno 1746. Decisiones Commissoriales, in genere, et absq ulla restrictione servare Consiliarijs Supremis injunxit, hacq Mens S. R. Mttis. Clementissima mediantibus Relationibus Gnosi tum temporis Delegati, omnibus Districtibus nota facta fuit, Gnosi Consiliarij Supremi, si restrictionem legum, contra duella, ad quadam tempora, et una cum Gnoso. Ordine Equestri renovationem arrogare vellent, Siquidem restrictio, et suspensio legum, ab effectu pro singularibus Circumstantijs, a S. R. Mtte, subjectissime petenda esset, nulla tenus, a Regimine, et Ordine Equestri dependeret, et allegatum, quod tamen duella varia, tam ante, quam post tempus legum, contra ea Sancitarum quemadmodum notorium esset, accidisset Animum, Consiliariorum Supremorum, contra subjectissimum eorum obsequium, et Executionem Mandatorum S. R. Mttis, nec non conservationem legum, cum, ratione immuttare non potuisset, Siquidem Consiliarios Supremos, Notorietas ejusmodi, in Fundamento cujus Advocato Fisci, Actionem contra duellantes instituendam demandare potuissent, plane latuisset, nec delatores fuissent, iterim tamen obstrictos se judicassent, evidente Notorietate

vel delatione rite facta, Citationes, contraduellantes, emanari curare. —

Ad Gravamen 6tum, ratione resigillationis Literarum, Illmi. Landgravii, de Hessen Homburg, à Dominis Supremis Consiliarijs, facto et communicationis Grosō Ordinis Equestris Plenipotentiario non subsecuto Gsis. Deputatis, Gsi. Ordinis Equestris expositum est, resigillationem etiam Rescriptorum et Literarum a Sacra Regia Mtte. Poloniae, et ex Cancellaria Regni allatarum ac ad universum Ducatum directarum, omnibus temporibus, omnimode competijsse, Consiliarijs Supremis, qui pro necessitate inventa, ut absq mora, Grosō. Ordini Equestri communicarentur non per Gsūm. Nuntiorum Terrestrium Mareschallum, vel Plenipotentiarium, sed recta per Gsōs. Convocantes, Copias ejusmodi Rescriptorum, et literarum Districtibus transmisissent, hanc Communicationem supradictarum literarum, Illmi. Landgravij cum Gsō. Ordine Equestri in districtibus minime intermissam fuisse, si periculum in mora praevideri potuissent. Cum vero contentu literarum, tale, quid non indicassent, Conventusq publicus appropinquasset, ad hac in materia hac, quomodo respondendum Instructionibus Districtuum haud opus fuisset, literae hae sat mature, in Conventu publico, Deputatis Grosi Ordinis Equestris communicatae essent. et si id factum non esset, tum demum, Grosus Ordo Equestris desuper conquerendi, Caussam habuisset, quia eidem Occasio, Illustrissimo Landgravio, debite respondendi, praecisa, fuisset. Differentiam quidem inter Rescripta et Mandata Domini Supremi et inter literas, Aularum Ducalium exterarum, imo inter Officium priora Grosō. Ordini Equestri, absq

nora communicandi, cum posteriores ejusmodi festinationem, imprimis pro ratione contentorum non requirerent, hac vice in Stuba Conventus publici assumere noluissent, differentia vero, tam clara esset, ut unicuiq, in sensus caderet. —

Ad Gravamen 7mum. Gsûs. Ordo Equestris in responsione Consiliariorum Supremorum, quod circa curialia, more solito excipiendus esset, acquievisset.

Rescriptiones ad Gravamen 8vum data adeo Juri et aequitati insisterent, ut apud Sacram Regiam Majestatem Regem Dominum Nostrum Clementissimum, imo universum mundum neutralem valere possent. Cum enim Gnosus Ordo Equestris a tempore Responsi Regii emanati Anno 1746. usq ad Mensem Februarij Anni curentis Spatium ad Formandum Calculum sibi statuisset, quantum ex bonis Nobilium, Allodialibus, a Domo Ducali emptis, secundum laudatas hisce in Ducatibus Datas, et Contributiones pretendere se posse estimaret. Domini vero Consiliarij à Mense Februario usq pplurimis negotijs ad Regimen spectantibus Commissionibus Granicierum, et imprimis negotio, intuitu bonorum Ducalium Tockenhoffensium, aliorumq a Gnosis Koscieszkie Conjugibus de facto occupatorum distracti fuissent. Sufficiens quoq tempus sibi reservare debuissent, ad examinandum Calculum, quid è contrario Domui Ducali, a Gsô. Ordine Equestri exolvendum restaret indignandum, quo nam pars altera, aliquid refundere teneteur nihilo tamen minus, salvis exceptionibus peremptorejs quo, non prius quam Gnosus. Ordo Equestris tenore Responsi S. R. Mttis. liquidem debitum

redditerit, interponi possunt omnem diligentiam, pro Viribus adhibituros esse promisissent; ut hæc res quam primum conficeretur, et componeretur. —

Ad Gravamen 9num. Gsus. Ordo Equestris, legalia quare Judicia appellationis in duabus præteritis cadentiis ordinaria celebrata non essent, sufficientia, nihilq. qd regeret invenit. —

Ad Gravamen 10mum. quasi contra decisiones Commissoriales de Ao. 1717. ad Judicia celebranda suprema, et appellationis majus tempus Statutum actuq. impensum fuisset, quo facto litigantes partes, nimis diu Mitaviæ commorari impensasq. majores facere cogerentur, nec non primæ instantiæ Judicijs celebrandis, magnum impedimentum causaretur, Gnoso Ordini Equestri remonstratum est, Judicijs Supremis Ordinarijs, sive Aulicis ad quæ Judicia appellationis Criminalia et Consistorialia pertinent tempus Octo Septimanarum, in decisis Commissorialibus determinatum, si nempe Causarum frequentia id requireret, Statutum esse, ultra quod spatium 8. Septimanarum Judicia Aulica etiam nunqm prolongata essent. Quoniam vero Causæ Concursum, juxta easdem decisiones Commissoriales in Termino extra Ordinario ventilandæ sunt, idq. majori Nobilium Partium commoditati evitationiq. duplicium itinerum, et Expensarum inserviret, quod Termini Extra ordinarij pro concursu finitis 8. Septimanis ab Anno 1717. Statuti sunt Observantia hæc eo magis, quæ conservaretur quod majori impedimento Judicijs primæ instantiæ foret, si in Causis Concursuum Termini Extraordinarij, alio tempore configerentur. Cum propterea etiam Gsus Ordo Equestris

Gsus Ordo Equestris in declaratione sua sic per gravaminibus, et annotationibus super responsione Dominorum Consiliariorum Supremorum existimasset, Terminos Extraordinarios, pro concursu temporis 8 Septimanarum quoq inclusos esse partesq solum ulteriori earum prolongatione, gravari id vero tali modo evitari posset. Si Domini Consiliarij Supremi, ad praescriptum legum celebrarent, Judicia siquidem hoc facto nulla temporis prolongatione, Opus foret Domini Consiliarij Supremi, ad hoc respondendo Judicio Gsi. Ordinis Equestris, ad deliberandum dedissent. Num Termini extra Ordinarij pro concursu temporis Octo Septimanarum Judicijs Supremis Ordinario celebrandis Statuto inclusum esset, decisiones Commissioreales in minimi sancirent, quae saltem § Decisorum ab Desideria in verbis, quoniam etiam Judicia Aulica semper secundum Decimum § formulae Regiminis quad Annis etc. de Judicijs Aulicis ordinarijs in Formula Regiminis praescriptis, loquente et in Paragrapho, si Uxor, et liberi instituto contra Maritum, et Parentem Processu executivo, ratione illator I. I. itidem Trno Extraordinario loquente certoq sequitur, qd si Termini Extraordinarij pro concursu tempori Judiciorum Supremorum Ordinariorum inclusi esse deberent, causas Concursuum Processibus appellationis criminalibus et Consistorialibus, vel vice versa tempus praerepturas fore, sicq processus protrahi majoresq Expensas partibus causari debere, id quod inexcusabile Dominis Consiliarijs Supremis videretur. Econtrario adeo diligenter sessionibus nisi inevitabilibus legalijs.

impedirentur interessent, ut nulla processuum prolongatorum culpa in eos cadere posset. —

Ad Gravamen 11mum Gnosus Ordo Equestris ipsemet cognovisset, qd circa primum hujus gravaminis membrum ratione Pontorij a Gnoso Cameræ Familiarj de Mirbach, ad Stagnum Papenseæ ditum, et ad Præfecturam Rutzau ptinens noviter instituto contra Responsionem Dominorum Consiliariorum Supremorum, bene mentionato Cameræ familiari, gravaminem communicaturos, Ordinationemq facturos esse, ut quæ legibus contraria abolerentur, nil quidquam quod regeret haberet, circa membrum Secundum autem, ratione Pantorij Durbensis, quod etiam hyeme, quo tempore trans pontem, et aggerem non vehitur, exigeretur, ad quod Domini Supremi Consiliarij, sequenti modo responderunt, laudum publicum de Ao 1692. Paragrapho 30. ordinare, ut post extractionem aggeris ordinarium Theloneum ad assem exolveretur Laudumq publicum de Anno 1684. ex parte Gsi Ordinis Equestris allegatum ad Pontorium Durbense non quadrare, sed secundum Contextum suum saltem de trajectu, apud Friedrichstadt intelligi posse, Gnosus Ordo Equestris declaratione sua, et Annotationibus in eo, prestitisset: Theloneum aggeris Durbensis ejusmodi saltem Theloneum aggeris, seu pontorum esse, quod unice tum temporis exigi posset, quo iter faciens, commoditate aggeris uteretur, cum hoc additamento Equestris Ordinis personas, quamvis equis mercede conductis, iter facerent, nullatenus tamen subintelligi posse, desuper itaq necessaria Ordinanda esse, atq vero Consiliarij Supremi regesissent, Laudum publicum de Anno 1692. indistincte, ut post extractionem aggeris Ordinarium Theloneum ad assem exolveretur Statuere, nullamq Limitationem, uti circa Punctum Tragectus, apud Frydrychstadt annexam esse, ut solummodo estivo, non vero hiemali tempore, quo trans pontem et aggerem vehere non opus esset exigi deberet quemadmodum.

etiam omni tempore, si auriga, dum viis devijs, iter non fecissent Theloneum, quod tamen sumptus, ad conservandum et reparandum pontem et aggerem eximios longe ex reditibus non refunderet, tam hyeme quam aestate receptum esset, Dominos Consiliarios Supremos, vero plane latere, à persona Nobili, qui equis mercede conductis, iter fecisset, Theloneum exactum esse. Si itaq in futurum desuper quaestum fuerit, in hoc puncto inquantum Nobilium immunitati contrarium a Theloneis esset, Ordinationem facturi essent. Circa membrum tertium in puncto cujusdam pontorij, sic dicto, quod Mitaviae nonullis demum, ab hinc Annis introductum esset, ita ut pro curru 24. grossi, et pro equo sex grossi exigerentur, quod Consiliarij Supremi modo modo sequenti respondissent, sibi de Pontono Mitaviae introducto, minus sufficienter constare, et a Gso. Ordine Equestri, declarationem expectavi, quando, a quo, et in quo loco, ejusmodi pontorium institutum esset, – atq Gsus Ordo Equestris regessisset, querelas Aurigarum ex Regno Borussiae Consiliarijs Supremis notas esse, ex quibus pateret, quando, a quo, et in quo, hocce Pontorium institutum sit, finalis declaratio, secuta esset Dominos Consiliarios Supremos, ex Supplica Aurigarum, de die 6ta Martij A. C. producta prospicere, non potuisse, quando, a quo, loco pontorium hocce nonullis ab hinc annis institutum esset, si vero Auriga illud indicaturi essent pro qualitate rei, Ordinationem facturi essent. –

Ad Gravamen 12mum ratione relegationis Judaeorum, Gnosus Ordo Equestris, Dominis Consiliarijs Supremis, pro attentatione in exequendo legem desuper sancitam, adhibita gratias egisset, et a cura illorum ulteriori expectasset, quae leges desuper Ordinarunt, atq promissa ipsis a Dominis Consiliarijs Supremis data se ratione relegationis Judaeorum, porro uti hactenus factum esset, quo opus fuerit curare velle. –

Deniq ad Gravamen 13 et ultimum quod querelas Gnosae Viduatae Capitaneissae Baronissae de Roenne, quasi Processus ipsi Spolij, contra Gnosum de Sacken

Capitaneum Majorem Goldingensem, ratione spoliatorum, Septimentorum ejus, in fluvio Vindau trajectorum denegatus esset, Concerneret Gsũs. Ordo Equestris, a Dominis Consiliarijs Supremis informatus esset, Regimen Ducale, absq violatione Formulæ Regiminis Statutorum horum Ducatuum Laudorum Publicorum, et decisionum Commissorialium de Anno 1717. Processum Restitutorium, in loco spolij indicati admittere impossibile potuisse, siquidem Processus ejusmodi, tum demum, si quis Possessione sua, et jure in re immobili dejectus esset, locum haberet, bene mentionata vero Capitaneissa minor, et quod prædictus Capitaneus Major Goldinensis, ex Officio ejdem ad præscriptum Ordinationum in laudis publicis sanctarum, Fluvium Vindau aperuisset Possessione sua, vel jure in re immobili dejecta non esset, nec dejici potuisset, consequenter ipsi solummodo Processus restitutorius, ob mobilia solum obruta, vel ablata, aut quæ perierunt, in loco Judicij deferri potuisset, Actioq ipsi forsan, ob excessum Competens in foro fori instituenda, salva relinqueretur. Quamvis vero remonstratio hæc firmonixa fuisset Fundamento. Attamen apud Gsũm Ordinem Equestrem ingressum non habuit, ita ut potius hocce gravamen ipsi immobile visum esset. Quandoquidem vero hoc modo Gravamina exhabita, et Responsiones Dominorum Consiliariorum Supremorum, ad ea subsecuta, nec non promissa conferendo considerarentur, satis apparet Dominos Consiliarios Supremos, nimime fuisse difficiles, ab abolenda Gravamina, quæ tanquam Statui horum Ducatuum convenientia et conformia, pro Gravaminibus haberi possunt, ad postulata condescendere, quæ læsionem pœna maxima dignam, S. R. Mttis. Domini Nostri Clementissimi, cujus Supremo Nomine Domini Consiliarij Supremi nunc regerent, inviolabilis authoritatis, et Jurium Supremi et directi Dominij inobedientiam, contra Responsa, Regia, Rescripta, Mandata et declarationes, transgressionemq Formulæ Regiminis Statutorum et decisorum Commissorialium, imo ejusmodi injustitiam, quasi hæc vel illa pars in Judicio, et loco competendi debite, non audiretur, involverent pro Conscientia sua, merito abhorruisse; adeoq tanto minus, Ansam præbuisse

Manifestationi et præcustoditioni, contra se Dominos Consiliarios Supremos, dissolutioni Conventus publici, et Compositionis Constitutionis unionis, inter Gsos Deputatos, qui in ea cum Gnoso Nuntiorum Terrium Mareschallo permanserat, quanto minus vel maxima culpa dissoluti Conventus publici, penes   Omnia enim, quæ in Protestatione, et unius Constitutionis Dominis Consiliarijs Supremis, hanc ob rem imputari vellent, quasi contra sua promissa, anteriora fide data facta, non minus contra mentis declarationem, et Paternam plane Concordiæ Commendationem, et præmonitionem S. R. Majestatis gravamina publica non abolivissent, sed per degeneratum eorundem abolitionem, et per convulsionem legum horum Ducatuum dissensionibus hisce in Ducatibus nonnullis iam ab Annis durantibus magis magisque Nutrimentum præberent, ac Amorem et Concordiam quæ accurata Observatione Legum et Iurium horum Ducatuum, unice restaurari possent, ademptione legibus contraria turbarent, et ne ad effectum veniret præpedirent, in nudis plane, et nunquam probabilibus assertis consisterent, quibus insimulationes contra Dominos Consiliarios Supremos, quasi ab ijsdem Gsus Ordo Equestris, ad ejusmodi extrema, necessitatus esset colorare allaboratum, quæ itaque nullitate sua corruerent, imprimis si considerantur modum hunc restaurandæ Concordiæ hisce in Ducatibus inadmissibilem, et impium fuisse, si Consiliarij Supremi, ad obtinendum finem per se bonum, medijs plane inexcusabilibus uti deberent, et vellent, sicque promissent, una cum Gso. Ordine Equestri exportationem Rescriptorum præpedire S. R. M. Responsum et declarationem, pro Civitatibus quamvis prius, in posteriore confirmaretur, ceu sinistrè, et ad malam Informationem Cancellariæ exportata arguissent decisiones Commissoriales Regias transgressi essent, restinxissent, ab effectu suspendissent, et partibus minus legaliter, et sufficienter auditis, uni parti jus adjudicassent, alteri abjudicassent. Media ejusmodi omnibus Iuribus contraria, ad restaurandam Concordiam hisce in Ducatibus præcipere

vel permittere Summa S. R. Mttis. circa Clementissi=
mas adhortantias, ut tam ex parte Consiliariorum Su=
premorum, quam G. Ordinis Equestris omnis diligentia
internis dissensionibus sopiendis, quietiq conservandæ
adhiberetur, fideliterq impenderetur, mens Regia nequa=
quam fuisset, nec esse potuisset, Sacræ vero Regiæ Ma=
jestati ejusmodi mentem et intentionem affingere per
se adeo abominanz esset, ut unus fidelis quisq Subditus
a nuda ejusmodi Citatione stupendo abhorreret, non mi=
nus Intentioni Sacræ Regiæ Majestatis, contrarium fu=
isset, quod Domini Consiliarij Supremi, omnia quo=
cunq modo, Nomine Gnosi Ordinis Equestris absq fun=
damento in pactis subjectionis Privilegijs Nobilitatis
formula Regiminis, cæterisq Iuribus pro gravamine pu=
blico venditarentur, contra meliorem scientiam et Consci=
entiam accipere, et sub specie obolitionis Iura Domus
Ducalis imminuere, universisq Communitatibus et
Particularibus, usum Privilegiorum Regiorum, Confir=
mationum, Responsorum et Rescriptorum Iuribus Con=
formium præcidere obstricti esse deberent. —

Cum vero ex hisce deductis, clare apparet Dominos
Consiliarios se inculpabiles gessisse, adeoq Conventum
publicum modo inaudito dissolutum esse è contrario
vero, sat evidenter elucet, Gnosum Nuntiorum Terre=
strium Mareschallum Capitaneum Minorem Grotthus)
iam præterito Anno in Conventu publico, qui in hanc
æstatem, usq limitatus est, non proprio motu, aliorumq
instinctu non constaret Consilium, ac propositum ce=
pisse in hunc Casum, si in Conventu publico, ex Li=
mitatione incidente, Gravaminibus suis, iam tum
formatis, et ulterioribus Accessorijs secundum præ=
conceptum quod mediantibus Punctis, in literis suis
Circularibus, die 29. Iunij Anno Currenti allegatis
Gnoso. Ordini Equestri, insinuari allaborasset, fi=
nem suum obtinere non posset, per Manifestum,
et præcustoditum, ad quas sibi per oblatum die 16. Au=
gusti Ao 1748. viam parasse putasset Dominos
Consiliarios Supremos duris imputatis, in eadem

cumulatis, Gnoso Ordini Equestri suspectos reddere, Constitutionem unionis, cum Gnosis Districtuum Deputatis, ipsi assentientibus comparere, Conventum publicum dissolvere, Ordinem Equestrem, eo perducere, ut haec omnia approbaret, eoq operam daret, unde reditus Ipsi non amplius pateret, interim vero omnia, ad arbitrium ejus, uti non minus Deputatorum pro parte Ipsius stantium fieri, et Domini Consiliarij Supremi ab omnibus punctis Instructionis cum Gnoso Ordine Equestri pertractandis exclusi manere deberent, Gsus vero Ordo Equestris Plenipotentiarius, noviter ab illo electus, omnia observaret, et ad effectum perduceret, quae Conservationi legum Communium horum Ducatuum a Supremis Consiliarijs, eversioni expositarum, quocunq modo inservire, promovereq possent, Quemadmodum vero Domini Consiliarij Supremi, communes horum Ducatuum leges, contra eversionem hac vel illa parte tentatam, conservare potius omniam Vigilantiam, hac tenus exercuisset, non vero easdem eversioni exposuissent, sed subjectissimam fidelitatem, et obsequium erga Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum, non nudis in verbis, sed re ipsa observassent, et declarassent, Judicio vero aliorum committerent, num et in quantum ex altera Parte durante Conventu publico, et circa dissolutionem ejusdem, ac erectionem Constitutionis unionis, ulteriori turbatione pacis, et Concordiae ansam praebentis, item Manifestationem et procustoditionem, ut pote, quae intuitu Valoris Responsi Rescriptorum, et declarationum Regiarum, in dubium vocati, eandem Sm. Regiam Majestatem, tangeret et fidelitas inviolabilis, in Verbis declarata, obsequiumq subjectissime debitum, re ipsa quoq a Gnosis Nuntiorum Terrestrium Mareschallo et Districtuum Deputato assentientibus ipsi, praestita sint, indeq Domini Consiliarij Supremi eo minus Intentioni illi se conformare possent quae eo tenderet ut Domini Consiliarij Supremi, ab ulteriori communi

decisione Instructionis punctorum excluderentur, omniaq; manutendi media, leges Patriæ, per Gsorum Plenipotentiarum Ordinis Equestris, adhibere facerent, magis quanto Functioni Consiliariorum Supremorum, per Formulam Regiminis attributæ detraheretur, a cujus Exercitio et Vigilantia pro legibus, et bono publico, ac quo minus omnibus Juris legitimis occurrant, abalinare se non paterentur, sed in omni eo studio p gere operam daturi forent, hincq; ex Manifestatione, et præcustoditione sæpius mentionata nil quidqm Patriæ, Gso. Ordini Equestri, ex Officijs Consiliariatus Supremi suis præjudiciorum largirentur, omnibus imputatis contradicerent, seq; Manifestando in Contrarium, omni meliori modo contra quovis præcustodirent, non minus reservationi prætensionis Expensarum, et Annotatione, in Diario de Anno 1746. facta desumpta, ne quidquam concederent, Siquidem Diarium, in Stuba Conventus publici, inter illos conscriberetur, quod Conventu durante, in Conspectum Dominorum Consiliariorum Supremorum non veniret, adeoq; ad hoc respondere, non possent, imo ejusmodi reservationes, attentationes et testimonia, ex Diario desumpta consequenter, respectu Consiliariorum Supremorum, nullius valoris, vigoris, et absq; effectu essent Domini Consiliarij Supremi, Gso. Ordini Equestri in omnibus Districtibus, in genere, et in specie firmiter confiderent, qd ejusmodi Instructiones imprimis rebus hic stantibus, in Conventu dissoluto Deputatis suis non dederit, ut adeo deviarent, uti factum est, quare Gsus. Ordo Equestris, deviationem hanc etiam non approbaturum, nec impressiones adversas, de Supremis Cancellarijs sibi facere permissurum crederent, ut pote, quæ in plenariam confusionem vergere Sumptibusq; inaniter faciendis, ansam præbere, deflendamq; Consequentiam immutationis Status, contra vota, et Voluntatem omnium Civium moderatum sincere, et bene sentientium causari possent. Hinc Domini Consiliarij Supremi, quoq; Gso. Ordini Equestri, ad benè ponderandum committerent, quatenus in Convocationibus Districtuum ante Conventum Ordinarium, Anno proxime venturo 1750. incidentem, Comitiaq; generaliora in Polonia procedentem, qui Conventus ad præscriptum legum, à Consiliarijs tempore æstivo indicetur. Gsis. suis Deputatis, in Instructionibus ejusmodi præscriptiones traditurus sit,

quarum vigore cuncta periculosa principia in Conventu hocce dissoluto accepta reijciant, et quæcunque ibidem per Diarium constituta esse voluerint, non vero nisi per laudum publicum decidi possunt, cassari curent, Gravamina si quæ fuerint, ultra non extendant, quam Iura et subjectis sinceri Respectus, Obsequiumque debitum, erga Sm. Regiam Majestatem, Regem ac Dominum Nostrum Clementissimum permittant in Clementiam, sic S. R. Majestatis severamque animadversionem evitent, conjunctimque cum Dominis Consiliarijs Supremis consilia capiant, quomodo quies, Regiminisque Constitutio, hisce in Ducatibus illæsæ maneant, leges in suo vigore manuteneri possint. E contrario Domini Consiliarij Supremi declararent, quantum ad se nil intermissuros esse, quin Gravamina, quæ forsan existere poterint, et cum vera ex legibus Ducatuum cognita fuerint aboleantur, in cæteris vero, quæ decisione S. R. Mttis. refugium indigent, ad justitiam et Clementiam Regiam conjunctim, cum Gso. Ordine Equestri, eligant, nihilque magis, quam Salutem et bonum publicum horum Ducatuum, observatione Iurium et legum, et administratione Iustitiæ præ oculis habeant, requirendo ut Manifestationem hancce, in contrarium, una cum præcustoditione, nec non contradictionem, contra imputata, et in diario annotatam reservationem prætensionis Expensarum, cum hac Conditione expressa, quod omnia, quæ in Diario contra Dominos Consiliarios Supremos connotata, nunquam valorem Testimonij contra eos habere possent, non minus et annexam declarationem ad Acta præfata Salvo Iure augendi, minuendi, corrigendi, et alio quovis, toties quotiesque testimoniales desuper extraderem, quæ prius acceptatione, in quantum Iuris et Activatione facta sub Sigillo horum Ducatuum subscriptioneque mea, cum Proto Secretarij hisce extradita sunt. – Actum ut supra. –

Heinricus Zentarowicz Proto Secretarius mppa.

(L. S. Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ) Anno 1749. die 1ma. 8bris Manifestationem hanc Gnoso de Grotthuss Capitaneo Minori Doblenensi hic Mitaviæ in hospitio ejus bene insinuavi, ac rite possui. –

Ioannes Gregorius, Duc. Mitav. Minister mppa. –

Concordantiam hujus, cum vero ac Authentico suo Originali Idiomate Germanico conscripto, more solito testor.

David Theophil Reifsing. S.
R. Mttis. Secrs. et Notar Pub.
mppa.

Hac cum sua Copia translata concordare testor. – Vilhelmus Alexander Magnus Tarck Plenipotenq. Generosi Ordinis Equestris Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Subjudex Terrestris Tuckumenq. mppa.

Adnotationes, cum Præcustoditione per Gsūm Ordinem Equestrem Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ facto xtra Gsos Supremos Consiliarios, Ejusdem Ducatus.

Anno 1749. die 11ma 8bris Gsūs Hermanus Fridericus Grotthuss Ducalis Capitaneus Minor Dublenensis et hæreditarius bonorum Actautzensium, Novissimi Conventus publicæ Nuntiorum Terrestrium Mareschallus, personam et Officium Regij Secretariatus et Notariatus publici, meum ad se hic Mitaviæ, in hospitium suum requirebat, et in parata Copia, pluribus inferebat, quatenus Gnosi Consiliarij Supremi, ad Manifestationem ejsdem Gsīs. Supremis Consiliarijs, a Gnōso Ordine Equestre, die 27. Augusti, Anno Currenti insinuari, factam Manifestationem, et præcustoditionem, de data die 30. 7bris Anni hujus, a proprio eorundem Judicij Supremi Secretario, in sic dicta Suprema Judiciorum celebrandorum Stuba extraditam, et actisatam multisq imputatis, haud excusandis, contra Gsūm Ordinem Equestrem, pro libitu repletam die 1ma 8bris Anno Currenti ipsi hic Mitaviæ, in hospitio suo, insinuari, fecissent. Quare ex Officio cui nuperrime ceu Nuntiorum Terrestrium Marechallus præfuisset, se teneri judicaret, ad deductiones prolixas manifestæ integritatis, ac innocentiæ, nec non probationis Injuriarum, Gnōso Ordini Equestri illatarum evitandas breves Annotationes, in putativam hancce Manifestationem et præcustoditionem publice facere,

quo dura, ac nunquam audita Gsorum Consiliariorum Supremorum, etiam in hac eorundem actione contra Gnosum Ordinem Equestrem impetitio, unicuiq ut sequitur, pro oculis ponatur. –

Ad verba insinuari fecisset.

Quare solummodo Nuntiorum Trium Marechallus, et non potius Gsus Ordo Equestris quemadmodum tamen ex Actis publicis apparet. –

Ad verba pcedere hoc modo comparatum.

Actus Compositionis Anno 1746. Sup Gravaminibus publicis, tum temporis expositis, expeditus, et Articulari preliminares, laudo Publico ejusdem Anni inserti, testantur, quam frequenter Gnosi Consiliarij Supremi à legibus recesserint, et experientia satis superq docet, quam difficile Patriæ fuerit legibus ejusdem convulsis mederi, quando quidem itaq, uti ex annotatione hac ulterius apparebit, abolitio gravaminum publicorum, quamvis S. R. Mttas. Dominus Noster Clementissimus, eandem per Mandata serio repetita perceperit, in Conventu publico, proxime preterito, iterum non subsecuta est, adeoq media omnia magnis Sumptibus adhibita sufficientia non fuerunt, ut Gnosos Consiliarios Supremos a Convulsione legum Nostrarum, et turbatione Patriæ magis magisq inde causata abstrahere potuissent, Via qua Gsus. Ordo Equestris nunc progreditur, ad honorem et libertatem suam liberandam, unica superest, quam pro interna Constitutione horum Ducatuum, et secundum exemplum de Anno 1684. eligere potuit, hinc luce meridiana apparet clarius procedere, Gnosi Ordinis Equestris, tale non esse, quale a Gnosis Consiliarijs Supremis, hunc forsan in finem venditatur, ut nonulla Gnosi Ordinis Equestris membra intimedentur, Officijs suis pro publico satisfacere, Animus Gnosi Ordinis Equestris, purus, ac sincerus est, imo tantum abest, ut juxta

injuriosam

injuriosam Gnosorum Consiliariorum Supremorum ins inulationem dilectissimam Patriam Nostram, ulteriori confusioni, et damno exponeremus, ut potius allaboremus, super qd Deum testem invocamus. Confusionem, a Gsis Consiliarijs Supremis causatum, et hac tenus tantam curam conservatam, tandem funditus tollere, id quod sequentia desupp exponenda pluribus probabeunt. —

Ad verba Conscientia sua.

Si modo Gnosi Consiliarij Supremi unica vice, absq omni respectu inquirerent, quomodo hactenus Officiis suis præfuerint, ipsimet Sententiam ferre, et sic Testimonium Conscientiæ suæ habere deberent, se reiteratis vicibus, à legibus recessisse, et qd semel Sanctissime quamvis laudaverint, ac servare promiserunt non satisfecisse, Seria S. R. Mttis Domini Nri Clementissimi Mandata, pro legibus inviolabiliter servandis emanata, pro libitu interpretatos esse, sicq nec ea leges, ad quarum Conservationem maxime tendunt, præ oculis habuisse. —

Ad verba nil aliud qm qd responderent, Ad Gravamina responderе potuerint. —

Medium a Gnosis Consiliarijs Supremis commendatum, ut scilicet scripta ponderentur, sufficienter iam contrarium ejus, quod insinuare voluerent indicat. —

Ad verba Iuramentis Sancte Pstitis.

Utinam Iuramenta hæc præstita re ipsa pro tam Sancte servandis haberentur, tamq accurate servarentur, qualia hic venditantur, Si hoc omne fieret id, quod nunc ad Confusionem ducit, una cum ea cessaret, ac è contrario pax et amor, hisce in Ducatibus invicem se oscularentur. —

Ratione non abolitis Gravaminum. Quo ad Gravamen Imum

Quandoquidem in primo hoce gravamine, Serium Gnosi Ordinis Equestris desiderium, Gnosis Consiliarijs Supremis expositum est, ut scilicet omnis unilateralis exportatio Rescriptorum cessaret, modaq ejusmodi illicito occurreretur, nil magis eo intentum est, quam ut Gnosi

Consiliarij Supremi pro Officiorum suorum delito, neq uni, vel alteri, è suorum medio, neq cuipiam ex parte Civitatum Rescripta à tergo Gnosis Ordinibus Equestribus, unitateraliter, et non ad plenam, sed malam Cancellariarum Informationem exportare concederent, neq id in posterum impune ferrent, quemadmodum gratia Exempli, declaratio Responsi Civitatensis de Anno 1746. a quadam Gnoso. Ordine Equestri, ignoto Nomine Civitatum, et Rescriptum, ratione non Limitationum, Conventuum publicorum (quæ utraq Gnoso Ordinis Equestri, a Gnosis Consiliarijs Supremis, qui ejusmodi exportationem impedire debuissent, in Conventu publico, proximè præterito demum communicata sunt;) a Gnoso Cancellario Fink de Finckenstein, in Comitijs Regni Generalibus, proxime præteritis, clam a tergo Gsorum horum Ducatuum delegatorum, obet subreptitie obtenta sunt, Condescendentia itaq Gnosi. Ordinis Equestris, in hoc desiderium, eo minus læsionem Jurium Supremi et directi Dominij involvit, cum potius justum ejusmodi et honestum procedere eo intentum sit, quale Gsus. Ordo Equestris, erga Regimen Ducale Plenipotentiarium ejusdem, nec non unum quemque omni diligenter tempore observavit, ac in posterum, eodem modo observare, absq dubio omnimode inclinat, Unus quisq cui Intentio Sacræ Regiæ Majestatis, Regis ac Domini Nostri longe Clementissimi, saluberrima a tempore. Regni ejus, et Coronationis ab Anno 1735, et Novissimis Comitijs Generalioribus, quodam modo saltim nota est, quatenus Sacra Regia Majestas cum exportationem ejusmodi Rescriptorum evitare non potest, ex ipsdem Consequentiam quandam in præjudicium et periculum Jurium horum Ducatuum, nunquam approbatura sit, per se perspicere potest, Cagitationes Gsorum Consiliariorum Supremorum non sine singulari calliditate hic collocatas; intuitu atræ Imaginis ac Ideæ, quam Sacræ Regiæ Majestati Patri Patriæ, Domino Nostro longe Clementissimo, hisce de Gso. Ordine Equestri imprimere studuerunt, non minus injuriosus esse, quemadmodum eorum totius prætextus omni fundamento, ac amore erga Patriam destitutus est. –

Nam si Generosi Consiliarij Supremi distinctionem inter Rescripta legibus Conformia et ad sinistram

Informationem obtenta, in decisionibus Commissoriatibus, coeterisq legibus Patriæ bene fundatam, tam diligenter, circa publica negotia horum Ducatuum, qm etiam circa primum Constitutionum sive Rescriptum a Gnoso Capitaneo Kosciuszko, ratione finium regundorum, inter Magnum Ducatum Lithvaniæ, hosq Ducatus obtentum pro oculis habuissent, uti eandem distinctionem circa secundum Rescriptum, vel quemadmodum intitulatur Confirmatorium Sententiæ a Gnosis Dominis Commissarijs, pro parte Gnosi Capitanei Kosciuszko constitutis, pro eodem lute unitateraliter exportatum, pro se allegare sciverunt. Neq ipsimet a tergo Gsi Ordinis Equestris Rescripta potuisset. Seq hac modo Exportationis illicito præsumptioni injusti petiti exposuissent, neq Ansum ad id alijs præbuissent, neq remonstrationem legibus Conformem, contra id neglexissent, multo minus Rescriptis per interpretationem saluberrime menti S. R. Mttis contrariam contra leges usi essent. Sicq omnes maliem damna sumptusq tam Domus Ducalis, qm Gsi Ordinis Equestris, per modum injustum procedenti, quem hactenus secuti sunt circa ejusmodi Rescripta causata cessassent, id quod S. R. Majestati Rege Nostro justissimo magnopere placuisset, certoq Ducatibus his oblectationi fuisset. —

Ad ea, quæ Gnosi Consiliarij Supremi, super declaratione, et annotatione Gravaminis Imi allegant. Ex quibus partim Gravamen 2dum disjudicandum est, quemadmodum neminem latere potest ad ponderandum committo, quod pro primo Responsum Civitatense de Anno 1746 tempore exportatum sit, quo Gso Ordini Equestri, nihil de eo constare, adeoq Gnosus tum temporis Delegatus desuper, ab eadem instrui non potuit. 2do Quod Gnosi Consiliarij Supremi, Responsum hocce, contra expressam intentionem Regis, interpretati sint, per restitutionem adeoq et reparationem

aggeris Bauscensis, Gnoso Ordini Equestri, vim ejus modi intulerint, qm tamen S. R. Majestas, intermitti Voluit. –

3tio. Quod Gnosi Consiliarij Supremi Anno 1748. circa dijudicationem gravaminis ejusdem, demum declaraverint se porro abolitioni ejus contrarios esse, nolle, si Sae Rae Majestatis, mentis declaratio, desup subsecuta fuerit. –

4to. Quod cum in comitijs Generationibus Regni proxime praeteritis, Suprema haec declaratio subsecuta est, tam generaliter quatenus, altissima Sacrae Regiae Majestatis intentio nec esset, nec esse posset, ut Responsum Civitatense, et Rescripta, contra Jura Ducatuum explicarentur, et applicarentur, quam specialiter ut ratione aggeris Bauscens. Gravamen, secundum leges, quas S. R. Majestas, intactas esse vult, aboleatur, per consequens, aggeri moderato, per leges determinata appertura reddatur, Gnosi Consiliarij Supremi, eo non attento, ad declarationem a tergo Gnosorum horum Ducatuum Delegatorum, adeoque a tergo Gnosi Ordinis Equestris, ex parte Civitatum deportatam, quae quod probe notandum fundamento Responsi, pro parte Gnosi Ordinis Equestris, niti traditur, id, quod in eadem haud reperitur, et quae praeter suspiciosum suum exportationis modum, fundamento quoque suo, per consequens, juxta notam regulam Juris, omni sua activitate, per se destituta est, de novo iterum provocaverint, imo quod denique: –

5to. ea solummodo contenta ejus secundum ipsiusmet declarationis hujus Clausulam, uti Responsi Civitatensis, et Rescriptum ad executionem perducenda sint. – Si itaque seria Gnosorum Consiliariorum Supremorum mens esset, ea Gnoso Ordini Equestri concedere, quae leges Juramentumque eorum desuper praestitum, ab ijsdem requirrunt, studio Gnosorum Consiliariorum Supremorum pro salute publica, jactato stante nota magnanima justaque S. R. Majestatis declaratione, quatenus scilicet Regis, ac Domini Nostri longe Clementissimi, mens nec esset, nec esse posset, per Rescripta Juribus horum Ducatuum, quocunque modo praejudicare, nil magis naturale, et conforme esset, quam si super

hoc gravamine, Gnoso. Ordini Equestri, declarationem darent, quatenus percepta Summa Regis Intentione Rescripta hac tenus exportata, et adhuc exportanda, non contra mentem legum, horum Ducatuum, sed quemadmodum in declaratione ipsa, pro Civitatum parte exportata expressum est, his Statutibus applicaturi sint. Hoc facto Gravamen abolitum fuisset, ac re ipsa praestitisset, id, quo nunc absque fundamento se se jactant, ut modo nonullis membris Gnosi Ordinis Equestris, magis glaucoma, quam hac tenus fecit ob oculos objicerent. —

Ad Gravamen 2dum.

Omnes declarationes, a Gnosis Consiliarijs Supremis desuper factae, contra probationem in adnotatione praecedente, datam nil quidquam opitulantur, et si apertura qm. aggeri redidisse se glorientur, re ipsa existeret, eadem tamen per declarationes Gnosorum Consiliariorum praecedentes, omni valore, in legibus requisito restituerentur, quoniam appertura Aggeris, non ex debita legum horum Ducatuum observatione, quemadmodum ipsamet seria Sacrae Regiae Majestatis mens postularet idem, sed longe, alia ex ratione ac ejusmodi cum Conditionibus, quae ex Legibus, minime secutae essent, redita esset. Circumstantijs vero his stantibus, quod scilicet agger, ad Superficiem solummodo aquae transfossus, haecque appertura iterum trabibus impleta est, gravamen tanto minus abolitum est, quanto minus appertum eadem finem legum adsequi potest. Legis enim sanctiunt, ut ne quidem recte in apertura extandatur quanto minus eadem permittunt, ut appertura trabibus obstruatur. Quicquid igitur, ad hocce gravamen abolendum in medium latum inde prorsus chaos politicum est, quod si, ad praescriptum Legum, horum Ducatuum considera tur, nihilum est. —

Ad Gravamen 3tium et 4tum

Super gravaminibus his, Ecclesijs Mitaviensi, et Goldingensi Districtuum, Districtus uterque, iam probationes tam claras, ad Acta publica Conventuum publicorum tradidit, ut solum modo Gravamina haec in connexione sua exponere opus sit, ad causas perspiciendas, quae utriusque Districtuum Deputatum determinaverunt, quo minus in Responsionibus, Gsorum Consiliariorum Supremorum acquieverit, sed potius Assistentiam Gsus Ordo Equestris, hunc in finem desuper expetierit, et Iura Districtuum supraditorum

circu Sacra uti antiquitus descripta primaevisq nostris Transactionibus, cum Serenissima Poloniae Republica, Actisq publicis, cum Principe inserta sunt, illaesa manerent, et sic ad Successores pervenirent. —

Ad Gravamen 5tum.

Nemo Activitatem Decisionum Commissarialium, a tempore earundem Sanctionis Anno 1717. facta, in dubium vocare poterit, neq activitas eadem, vel vigor ejus unquam ante exportationem Notae Declarationis de 1739. a Gnosis Consiliarijs Supremis, in dubium vocatus fuit, Declaratio ne itaq haec dicta, jam Anno 1746. iterum abolita Decisiones Commissoriales, pristinum solummodo, non vero novum quendam Vigorem acceperunt. Si porro eadem Decisiones Commissoriales, a Principio suo, inde usq ad tempus emmanatae periculosa Declarationis, adeoq Viginti duorum Annorum spatio, nullam experientia testante obligationem involverunt, duellantes de honore et vita accusandi quomodo nunc ad id obligare possunt. Siquidem per Responsum Supremum Sacrae Regiae Majestatis, Gnoso Equestri Ordini Anno 1746. emanatum, nil magis effectum est, quam quod Declaratio de Anno 1739. abrogata, decisionesq Commissariales, saltem in suo vigore conservata sint. Qua ratione itaq rebus sic stantibus, esse possibile potest, ut quidem e medio Generosi Ordinis Equestris, si praeter ea adhuc inter Annum 1717. et 1739. duellavit, et tacitum abfecit, ut desuper accusaretur, et potius ipse, desuper Iudex ipsius Ordinarius, ipsemet gratulatus sit, immaginari sibi poterisset, se ab eadem Iudice, ratione altercius cujusdam duelli, de quo quondam ipsi fuit gratulatus, de honore, et Vita accusari posse. – Si id non est gravamen publicum, quando hoc modo, non solum innocens, Gsi Ordinis Equestris membrum, contra Votum Ciceronis sapientis, ut si, qui praesunt alijs legum similes sint, quo ad puniendum aequitate ducuntur, non iracundia exponitur Sacrificio, sed et eo ipso statuitur, Gnosos Consiliarios Supremos

Supremos potestate gaudere, leges pro bene placito suo abrogandi novasq sanciendi, Constitutio horum Ducatuum libertas nostra omniaq quæ nobis grata sunt, una cum sana ratione cessant. Utinam Gnosi Consiliarij Supremi ocasionem Senecam diligentius legendi habuissent Virilis ejusdem doctrina, cum ira delictum animi sit, non oportet peccata corrigere peccando forsitan, non plane ex animo illorum excidisset, magisq dubitassent, progressum hunc Judicum, imprimis minimi decentem facere. —

Ad Gravamen 6tum

Literæ Clementissimi Landgravij de Hessen Homburg, Inscriptione testante ejus, ad Ordinem horum Ducatuum datæ sunt. Cum vero Gnosus Ordo Equestris, vigore Decisionis Commissorialis de Anno 1642. unice Ordinem horum Ducatuum efficit, et Gnosi Supremi Consiliarij tantummodo, ceu Indigenæ, in Districtibus, non vero, ceu Regimen, ad eundem pertinere possunt, pro primo Resigillatio, a Gnosis Consiliarijs Supremis, unilateraliter facta est, Actus in legibus horum Ducatuum, instar violentiæ vetitus porroq Gnosi Supremi Consiliarij, post resigillationem literarum, ad Gsum Ordinem Equestrem datarum, Communicationem earundem Gnoso Ordinis Equestris Plenipotentario facere neglexerunt, Violentia hæcce reiterata est, Nonne rebus hic stantibus, omnia, a Gnosis Consiliarijs Supremis, pro excusando se de allegata plenarij corruunt, et quid juvat, ejusmodi pertinacia qua Errores Commissi negantur, imprimis cum ratio credendi sufficienter adsit, — eosdem certo aliquando revelatum iri. —

Ad Gravamen 7mum.

Quoniam scilicet excusatio, in eo consistit, quod propter absentiam Ducalium Militum Cren in negotio Tockenhoffensi emissorum, Apparatus vulgo Parade protinus cessasset. —

Ad Gravamen 8vum.

Vigore decisionum Commissorialium de Anno 1717. laudata de Anno 1714. ex Allodialibus quæ

Domus Ducalis possidet, a Domo Ducali Gnosi Ordini Equestri exsolvenda sunt Anno 1740. Gnosi Consiliarij Supremi solummodo Sequestro nunc existente, se id facere non posse excusabant, quadq; hæc res unice a Supremo Mandato S. R. Mttis. dependeret, interim tamen præter excusationem hanc, laudata de Anno 1741. Gnoso Ordini Equestri, re ipsa statim statuebant exsolvere. Cum vero deinde Sacra Regia Mttas, liquidationem ejus, et postea exolutionem decrevit, loco Sequestri, a Gnosis Consiliarijs Supremis, supra allegati alius adhibetur prætextus, quo exsolutio laudatorum ab Anno 1714. contra decisiones Commissariales de Anno 1717. Gnoso Ordini Equestri dubia reddi posset, et id quidem per calculum æqualitatis, vel sic dictam Bulance, quo prætensio Gnosi Ordinis Equestris, in legibus fundata cum eo, quod Domus Ducalis a Gnoso Ordine Equestri putative prætendit, Compensari posset, quamvis ut exolutio de Anno 1741. Supra modo allegato promissa docet, præter Sequestrum nullum diffugium alius haberent, Exsolutio laudatorum, de Iure et æquitate in decis: Commiss: de Anno 1714. absq; ulla limitatione Decreta est, et Domui Ducali exsolutione legibus conformi subsecuta via Iuris patet, eadem a Gnoso Ordine Equestri, si quam prætensionem legitimam habere se existimat consequi curandi. Hic modus vero procedenti, qui a Gsis. Consiliarijs Supremis intentatus, eo magis ceu pignoratio considerandus esset, quoniam nec ordinatio Regia de Anno 1740. Calculi Equalitatis, vulgo Balance mentionem facit, nec Gnosi Supremi Cancellarij ipsimet, circa exolutionem præmissam 1740. eo se excusaverunt. –

Ad Gravamen 9num.

Inter legalia vera, et ea quo talia, solummodo diventur distinctio est. –

Ad Gravamen 10mum.

Iudicij Aulicis celebrans in Formula Regiminis Tempus quatuor in decisione Commissoriali de Anno 1642. Sex, et deniq; Anno 1717. in decisionum Commiss: Octo Septimanarum, si tanta frequentia

Causarum fuerit, Statutum, Causasq Concursum accidentes, in Terminis Extra Ordinarijs, ventilandas esse, juxta leges horum Ducatuum supraallegatas, nisi idem factum, cum cæteris Ordinibus Ducatuum, iam intepretatis subire debeant, ut scilicet Gnosi Consiliarii Supremi, pari modo earum interpretationem, pro lubitu sibi arrogare possint, certo certius est coq, quod Gnosi Consiliarij Supremi, absq Consensu Gnosi Ordinis Equestris, ad majorem ut tradunt Gnosarum Partium litigantium commoditatem itinerag dupplicia, evitandum tempus, in legibus Statutum est, determinatum extenderunt, idq se de jure facere posse credunt, pro unius cujusq cognitione, Gravamen certo nullatenus abolitum erit, sed potius, ex eo apparet, Gnosos Consiliarios Supremos, pro arbitrio suo observationem, et mutationem ejus sibi vindicare, sicq Gnosum Ordinem Equestrem prorsus excludere, quamvis eadem mutatio ad meliorationem Status et Justitiæ faceret, id quod Gnosus Ordo Equestris, nullo modo æquo animo ferre potest. Officioq Gnosorum Consiliariorum Supremorum certo contrarium est. –

Ad Gravamen 11mum.

Idea ipsa Pontorij, iam indicat, quando idem solvendum sit, et quando faciens iter, idem solvere non tenatur, simul ac itaq Domus Ducalis deviationem, ab aggere Durbensi, bonorum Confiscatione bonorum, ponit pontorium hocce mutatur in Theloneum Provinciale, Siquidem interdictum, absq exceptione de non deviando a loco, ubi pontorium exigitur, Nota Characteristica est Provincialis Thelonei, si itaq modo hoc iter faciens, etiam non urgente necessitate, a pontorio Durbensi deviare non deberet, et quidem sub pæna Confiscationis, bonorum suorum Pontorium, non solum uti demonstratum, in Theloneum Provinciæ generale mutaretur. Sed et simul agger Durbensis, non eum in finem extructus, et conservari videretur, ut secundum leges iter absq impedimento, et commode unus quisq quemadmodum, in Fundis Nobilium

Nobilium facere possit, sed potius ut reditus Domus Ducalis augeatur, ut quod gravamine a Gnoso Ordi=ni Equestri, ante extructionem aggeris Durbensis exposita, in contrarium testantur. Quod porro laudum de Anno 1692. disponat, ut post exstructionem aggeris Durbensis, Theloneum consuetum solveretur, ulterior probatio est salva natura rei Theloneum non aliter quam consuete exigi posse. —

Ad Gravamen 12mum.

Gnosus Ordo Equestris, majores adhuc gratias debebit, si Generosi Consiliarij Supremi secundum leges re=legationem Judaeorum ex Civitatibus, et agris ubi magna frequentia illorum moratur, puniendo eos, qui conservarunt, et adhuc conservant pro suorum Officio=rum debito promorebunt. —

Ad Gravamen 13tium.

Si Generosus Capitaneus major Goldingensis, adin=venisset Septimentum Gnosae Capitaneissae minoris de Ronne non ad Normam legum extructum esse, hocq Septimentum ultra praescriptum legum destruxisset, tum demum excessus fuisset, Generosiq Consiliarij Supremi circa hanc Causam, de jure, processissent. — Cum vero Generosa Capitaneissa de Ronne probat, quod circa extructionem hujus Septimenti apertura septem Ulnarum, a parte sua, relicta, sequenterq Possessio, et usus Septimenti ejus, in legibus fundatus fuerit. Ea=dem itaq absq dubio per destructionem Septimenti ejus=modi, ad Normam legum exstructi Possessione, legitima sua, quae hinc absq turbatione gaudere deberet, dejecta est, Ergo probata Possessione de dejectione debetur Resti=tutio, quam tamen consequentiam, naturalem Gnosi Con=siliarij Supremi negant, adeoq Processum Restitutionis transformant. —

Ad verba quandoque vero hoc modo.

Quamvis Gnosi Consiliarij Supremi ex Manifesta=tione sua satis apparere praetendunt, se minime fuis=se difficiles, ad abolendum gravamina, quae tanquam statui horum Ducatuum convenientia et conformia, pro

gravaminibus haberi potuissent, Adnotationes tamen praesentes, unumquemque Lectorem absque affectu judicantem Contrarium docent. —

Ad verbum Postulata.

Quid quaeso Gnosos Consiliarios Supremos, adeo contra Gnosum Ordinem Equestrem exacerbavit, ut eidem imputent. Se Gnosos scilicet Consiliarios Supremos, ad postulata a Gnoso Ordine Equestri ipsis exposita, quae laesionem supremae Sacrae Regiae Majestatis Authoritatis. Iuriumque Supremi et Directi Dominij involverent pro conscientia sua condescendere non potuisse. Num Gnosis Cancellarijs Supremis, adeo facile quid est affirmare, hoc modo Authoritatem Illustrissimi Regi Supremaque Jura laedere intendi; Gnosi potius Consiliarij Supremi, ejusdem magni Regis Nostri Mandatis Serijs morem gerant. Leges horum Ducatuum manutenendo inviolabiterque Conservando, Ideas adeo abominandas de Generoso horum Ducatuum Equestri Ordine subjectissima Fidelitate S. R. Mtti dedito formare desistant, nec dubitent, imputata ejusmodi inaudita, animis ejusmodi dolorem imprimere posse, Cujus Consequentiae et imputandae sunt, qui prioris Causa fuit. —

Ad verba quantominus vel minima Culpa. —

Generosus Ordo Equestris, iam dudum imo, in Conventu publico, pxe praeterito, omnia media adhibuit, ad determinandum Generosos Supremos Consiliarios, ut per abolitionem Gravaminum, legibus satisfacerent, ab Anno 1744. usque in Archivo Nostro Provinciali indicia inveniuntur, non sine ratione tam multa gravamina exposita fuisse Gnosos Consiliarios Supremos eadem plerumque mediantibus Transactionibus, Actibusque Compositionis abolevisse, non nullaque Gravamina, ex Numero priorum, iam abolitorum Actu Compositionis, eoque quod eundem praecessit, non attento denovo causatas esse, ad abroganda haec iterum Communes Recursus, ad Sacram Regiam Majestatem facti sunt, tumque assertum est a Suprema S. R. Majestatis declaratione, hac vix emanata

novum a Gnosis Consiliarijs Supremis impedimentum reperitur, quo minus gravamina, iam olim abrogata, de novo abaleantur. Supremaeq S. R. Mttis mentis declarationi satisfiat. Quid igitur Gnosus Ordo Equestris omnibus his medijs adhibitis, nil operantibus eligere debuisset, Nisi hanc Unionis Constitutionem, ad exemplum majorum Nostrorum, quorum amorem, ac propensionem pro legibus conservandis mento, venerari debemus. – Num Gnosus Ordo Equestris, id quod Supremi Consiliarij intendunt, de novo modo eadem, per Recursum ad S. R. Mttem. refugere, Sicq Sumptibus gravis impensis, per procedere Gnosorum Consiliariorum Supremorum, non tamen ulteriores, qm ad praesens punctum progressus facere debet. –

Simul ac igitur Culpa non abolitionis Gravaminum penes Generosos Consiliarjos Supremos est, neq possunt dicere Culpam ejus, qd ex non abolitione gravaminum, oritur, penes se non esse, nam Causa Causae est, etiam Causa Causati. –

Ad verba nunquam probabilibus assertis.

Adnotationes praecedentes pbaverunt, asserta haec non probabilia, sed Vera esse. –

Ad verba impium modum.

Generosi Consiliarij Supremi hic pari Conditione constitutos se viderunt cum ejusmodi doctis, qui cum circa defensionem Veritatis assertorum suorum probatione necessaria destituti sunt, ad convicia recurrant. – Quemadmodum vero hac modo non forsitan pbanda, sed potius animositatem suam consulto ceptam probant, et confirmant, praetereaq supra deductum est, qd Gnosi Consiliarij Supremi quotiescunq S. R. Majestatis declaratio emanata est, statim Responsum, Declarationem, vel Rescriptum in Contrarium Responsi, ad desideria publice exposita, ac legibus bene fundata, pro Gso Ordine Equestri, alte emanati, ad sinistram Informationem Cancellariarum, à tergo, Gnosi Ordinis Equestris, vel ipsimet, obec subreptitie exportant, vel Ansam ejusmodi exportationi praebere sciunt, Gnoso Ordini Equestri, rebus hic stantibus, secundum Constitutionem horum

Ducatuum, nullum aliud medium remaneat, quo Manifestatam caræ libertatis suæ opressio ad plenariam S. Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi justissimiq Cognitionem deferatur, et absq ulterioribus Expensis, malum tandem funditus tollatur, per se apparet, num modus iste, ac ij potius, qui Gnosum Ordinem Equestrem, omnibus medijs liberandi se privare allaborant, sint Impij. —

Ad Verba S. R. Majestatis Responsum, et declarationem pro Civitatibus. —

Ex declaratione pro Civitatibus Gsr. Consiliarij Supremi, actiones tamen suscipiunt, quæ legibus horum Ducatuum, et Responso a Gnoso Ordine Equestri nuperrime obtento, contrariæ sunt, quandoquidem nunc re ipsa contradictio est, Declaratioq ut protendunt, nulla tenus, pro sinistre exportata haberi debet. Ipsimet Gnosi Consiliarij Supremi, leges statuunt horum Ducatuum, quas se servare velle juraverunt, per declarationem abrogatas esse, Responsumq supra memoratum Generosi Ordinis Equestris, sinistre omnino, et ad malam Cancellariarum Informationem exportatum esse; Ea tenus declinatio Gsor. Consiliariorum Supremorum pervenit, ut etiam Contradictiones, iam veritates esse debuerint. —

Ad Verba Clementissimas adhortationes.

Clementissimæ Sacræ Regiæ Majestatis adhortationes, ad Concordiam in Responso Gnoso Ordini Equestri emanato contentæ, nullatenus Declarationes pro Civitatibus fundamentum esse, sed potius manutentionem et Conservationem legum, pro oculis haberi debere volunt. Gnosi e contrario Consiliarij Supremi declarationem pro Civitatibus contra leges horum Ducatuum interpretantur, ac Consequenter Secundum ejusmodi interpretationem Actionibus legibus contrarijs Concordiam turbant. —

Ad verbum Abanimandum.

Si Generosi Consiliarij Supremi, adeo fideles sunt, S. R. Mttis Subditi, quare declarationem pro Civitatibus contra leges horum Ducatuum, et consequenter contra summam S. R. Majestatis mentem interpretantur

Ad

Ad verba Iuribus Conformium.

Generosus Ordo Equestris, ad ea quid regeret, non haberet, si modo Gsi Consiliarij Supremi, hæc omnia contra leges Ducatuum, quas Res intactas habere vult, non interpretarentur, ijsdem propria sua Authoritate, pro lubitu non uterentur. —

Ad verba num proprio motu an aliorum Instinctu.

Omnibus quibus Constitutiones Ducatuum horum notæ sunt Notorium est quoq Nuntiorum Terrestrium Mareschallum, in Conventibus publicis, ne quidqm proprio motu, et reliquis Nuntijs Terrestribus, non adhibitis, et assentientibus, ut potè qui Gnosum Ordinem Equestrem repræsentant, facere Actisq publicis, Nomine Gnosi Ordinis Equestris inserere posse; quare etiam desuper Adnotationes aliquas facere, necesse non est. Imo sufficit Gsorum Ordinem Equestrium Nomini præterquam Iis, a quibus Plenipotentiam acceperunt, Relationem exhibere teneri, quemadmodum etiam puncta, die 29. Iunij, Anno Currente, Gsis. Nuntijs Terrestribus, ad majorem commoditatem perlectionemq repetendam Diarij, et laude publici evitandum communicata, falsam Gnosorum Consiliariorum Supremorum opinionem, satis indicat. —

Ad verba per Oblatam.

Manifestatio præterito Anno, non obolitis gravaminibus interposita, non nisi Nomine, et ad requisitionem Generosi Ordinis Equestri, per oblatam ad Acta Iudiciorum est tradita, qua uti exposu facto apparuit, Nil magis intentum fuit, qm experimentum facere, num ne Generosi Consiliarij Supremi post subsecutam Supremam S. R. Mttis. declarationem, tum temporis desideratam Legibus satisfacturi essent, vel satisfacere vellent, aliàs enim, Gnosus. Ordo Equestris, iam Anno præterito media præsentia arripere potuissent. Quare autem Generosi Consiliarij Supremi, Supremæ huic mentis declarationi, insimulq legibus horum Ducatuum, quo ad se locum non dant, Si præsens Gnosi Ordinis Equestris, procedere tam periculosum portendunt, procedere hacce re ipsa, tam periculosum non est, ut reditus abinde amplius non pateret, quem etiam Gsus Ordo Equestris, qui nil nisi legum restaurationem eo intendit.

prius quam restauratio haec, a Gnosis Consiliarijs Supremis subsecuta fuerit, nullatenus quadret. —

Ad Verba Deputatorum pro Parte ipsius stantium.

Quare Gnosi Consiliarij Supremi, toties de Deputatis Districtuum, pro Parte Nuntiorum Terrium Mareschalli stantibus, Ipsiq assentientibus loquuntur. Nonne et in hoc passu, contra Ordinationes, et leges horum Ducatuum quas servare jure jurando, obstricti sunt, agunt eo quod Gnosi Ordinis Equestris, pro conservatione Iurium suorum vigilanti, verum titulum suum detrahunt.

Ad verba omnem vigilantiam.

Lauda Publica iam inde à Principio praeteriti saeculi, et quae in hodiernum usq diem Decreta sunt, Exemplum huic praetensae Vigilantiae contrarium suppeditare possunt, Gnoso scilicet Consiliarios Supremos, sub quovis praetextu omnem novasse Operam, leges easdem pro lubitu, pro valentibus, vel non Valentibus habere. —

Ad verba, re ipsa.

Per consequens aggeri memorato, per leges Ducatuum, quas S. R. Majestas intactas esse vult, determinata apertura reddatur, id quod à Gnosis Consiliarijs Supremis factum non est, hinc absq fundameto gloriantur, se Mandatis Clementissimi Regis Nostri, re ipsa satis fecisse, Iniuriosaq sua imputata, contra Gnosum Ordinem Equestrem in omnibus tantum lineis legenda pdunt. —

Ad verba a communi decisione.

Notorium certo veterrimaeq observantiae conforme est, abolitionem Gravaminum, publicas communesq deliberationes praecedere debere, si Gnosi Consiliarij Supremi, Gravamen non abolent, eo ipso se excludunt, prorsus enim impossibile est, ut Gsus Ordo Equestris, dum leges ipsi curae sunt, tam sit insensibilis aequo animo ferre possit. Veteres horum Ducatuum leges, a Praedecessoribus ordinatas quoq ad praesentium Gnosiorum Consiliariorum Supremorum, tempus in suo permanserunt, vigore circa Ordinationem Novorum laudorum Publicorum, a Gnosis Consiliarijs Supremis, tam impune dissolvi, quod tamen decisiones Commissoriales de Anno 1717. quas eo non attento, Gosi Supremi Consiliarij se

observare, accuratissime gloriantur sub animadversione speciali interdicunt. —

Ad verba pro Legibus et Bono publico.

Reiteratis iam vicibus supradeductum est, Leges et Bonum publicum, stupendo modo pati. —

Ad verba Ptensionis Expensar̃.

Praetensio Expensarum Diano, de Anno 1746. inserta Gnosis Supremis Consiliarijs, à tempore mediationis tum tentatae; nota res est, quemadmodum ex parte, membra è medio illorum, ceu arbitri Gnosis Nuntijs Terrestribus tum praesentibus, omni modo meliori Commendarunt, ut bona sua Officia, pro Expensis, iam tum temporis Gnoso Ordini Equestri causatis, remittendis, in Districtibus interponerent, et ex parte ceu Nuntius Terrestris, eandem praetensionem reservavit, ipsiq; hinc apprimè nota, ne esse peregrina potest, quo praeterea reservatio, ijs si Opus fuerit, pro habitur. —

Ad verba ut adeo deviarent.

Cum Gnosi Consiliarij Supremi media, a Gnoso Ordine Equestri hactenus adhibita ad restaurandum leges horum Ducatuum, ab ijsdem violatas irrita fecerint, Gnosus Ordo Equestris, ab ipsimet Gnosis Consiliarijs Supremis coactus est, praesentem eligere viam, experientiaq; docebit, inquantum hac via fini impetrando, qui nonnisi restauratio legum violatarum est, sit adaequata adeoq; pro deviatione haberi non possit. —

Ad verba Immutationis Status.

Dum leges valent, non est, ut Immutatio Status timeatur. Quare vero Generosi Consiliarij Supremi nolunt lacda Publica valere. Hoc facto nec Conventus publicus, cur celebremus, opus est, praetereaq; Ipsimet Gnosi Consiliarij Supremi, hoc modo mutationem Status intendunt, eoq; solummodo per insinuationem hanc Membra Gnosi Ordinis Equestris pduce re student, ne omnibus viribus periculosis hisce Gnorum Consiliariorum Supremorum Principijs resistant. —

Ad verba, sic dictorum Civium moderatorum.

Hic Cives adeo Charactérisantur. —

Ad verba periculosa Principia:

Iam supra deductum, qd a Gnosis Consiliarijs Supremis sine fundamento portalibus venditentur. —

Ad verba in suo vigore

Id Gnosus Ordo Equestris, unice exoptat, non solum vero promissum, sed et effectum ejus viribus iteratis obtineret, pt hac vero laesionem Legum, de novo saepius expertus est, idq adhuc hodie, non sine dolore experiri debet.

Cui malo singulari nullo alio modo, qm concordia, Generosi Ordinis Equestris, licet semen discordiae, quo deferri potest, dense spargatur, Deo juvante Iustitia Supremi, ac directi Domini Nostri, non solum occurretur, sed et certo modus plenarie idem tollendi curari potest, ac curabitur. Quandoquidem igitur evidentia injusti procedere Gsorum Consiliariorum Supremorum, qd ex impismet Actis Conventus Publici elucet, per Remanifestationem vero Gsorum Consiliariorum Supremorum colorari et allaboratum, per has connotationes elicitas, in apricum posita esset, Gsus Conventus praeteriti publici, Nuntiorum Trium Mareschallus, hic monere, quod scilicet Intentatis Gnosorum Consiliariorum Supremorum in remonstratione, imputatisq in ea contentis, ne minimum quidem largiretur, quia Id in ipsa pertractatione hujus rei contineretur superfluum judicaret, sed pateret, ut Adnotationes hasce una cum praecustoditione, contra quocunq imputata, Gnoso Ordini Equestri, tam injuriose facta, Consequentiasq in posterum forsan, sine fundamento faciendas, Actis praefatis augendi, minuendi, corrigendi, ac alio quovis Iure salvo insererem Gnosoq Requirenti, toties quoties opus fuerit, Testimoniales in forma probante desuper extraderem, quae etiam decisatione inquantum Iuris facta, more solito extraditae sunt.
Actum Mitaviae ut Supra. —

(Locus Sigilli) David Theofil Reissing Sae R. Mttis Secret. et Not. Publ. Iur. mpp. —

Anno 1749. die 17. 8bris Adnotationes et praecustoditionem Gnosis. Consiliarijs Supremis in Stuba

Judiciorum celebrandorum, Ordinaria, hic Mitaviæ bene posui, et insinuavi. —
Joannes Gregorius Dui. Mitav. Minister mpp. Itaq cum sua Copia vidimata translata concordare testor.

Vilhelmus Magnus Alexander Fore Plenipotentiarius, Gnosi Equestris Ordinis Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ, Subjudex Terrestris Tuckumensis. —

Responsum ab Illustrissimo, Supremo Regni Cancellario, ad Literas Gnosi Torck Konsciis, die 14. 8bris 1749. datum. —

Recepi Literas, quas Gnosæ Dominationes Vestræ ad me 15. 9bris scripsit, atq Documenta perlegi, illis adjuncta, Manifestationem nempe Meorum et Gnosorum Supremorum Consiliariorum, contra Actum et Constitutionem Compositionis, et unionis subsecutam, et Remanifestationem Generosi Hetmani Friderici Grothus, novissimi Conventus publici, Nuntiorum Verrium Mareschalci, contra præfatam Manifestationem, contra personam Gnosæ Dominationis Vestræ nil habeo, quod apponam laudabo, imo ingenium rerum Experientiam, et gerendorum negotiorum dexteritatem notitiam itidem Juris publici et Patriæ fatebor deniq Munus Plenipotentiarij, in neminem utilius posse collocari, quam in personam Gnosæ Dominationis Vestræ, sed quid de ijs Conveniam de quibus, Districtus undecem altera quasi Pars Equestris Ordinis, una cum Consiliarijs Supremis dissenserunt, a me non expetet. —
In Novissimo Conventu publico, in Julio, haud felicibus incepto auspicijs, atq pejoribus dissoluta talia proposita sunt gravamina, quorum nonnulla impossibile erat, Gnosis Supremis Consiliarijs, abolere gravamen, nempe primum et secundum, quæ non contra Consiliarios Supremos, sed contra Regiam Majestatem, sunt instituta, quemadmodum Gnosi Consiliarij Supremi declararunt, quod absq læsione Jurium Supremi et directi Dominij, S. R. Mttis. Supremeq ejusdem Authoritatis, haud condescendere potuissent, ad Equestrem Ordinem, petita Jis generaliter

facta, de demendis Rescriptis, ex Responsis unilateraliter exportatis, deinde specificata contra Responsum justissime Civitatibus datum Anno 1746. Item Rescriptum contra Violatores tranquillitatis publicae et declarationem Regium, super Responsum Gnosis Delegatis extraditum, sub Comitijs Regni Generalibus 1748. Simile quid factum, iam fuerat, in Conventu ante Comitiali Anno 1748. Sed idem Gnosus Nuntiorum Terrestrium, tunc Marschallus, qui fecerat Manifestationem per declarationem, ab ipso subscriptam, et per Gnosos Delegatos Heucking, et Schopping, Cancellariae exhibitam, in congruum praefatorum petitor emendaverat, aliquo modo dissimulatum est, nec tamen admissi prius. Generosi Delegati fuerunt, ad thronum Regium qm fidem dederint, Equestris totius Ordinis, Nomine non eventurum, amplius ut talia petita fierint, Eadem tamen, non solum, renovata sunt, et per Eundem Gsum de Grotthus Mareschallum. Manifestandi modo publicata, sed exinde quia Gsi Supremi Consiliarij, Vinculo suorum Juramentorum obstricti, propter debitam S. R. Mtti. et Reipublicae fidem et obedientiam, demere non poterant, Responsa Regia, et Rescripta in fundamento, non facto abolitionis, Similium gravaminum p nonullos Deputatos ausum est dissolvere, Conventum publicum. Quoniam vero undecim Districtus, una cum Consiliarijs Supremis debitae haerentes Submissione erga Sacram Regiam Majestatem tali dissolutioni Consensum denegantes, ab illis recesserunt, per eosdemmet excogitatum. Ast remedium malo pejus, Constitutum nempe quam fecerunt inter se, quamve Compositionem Unionis appellarunt, et cujus finis esse debet, juxta Manifestationis contentum, restauratio omnium, et singulorum legum, Vestra autem Generosa Dominatio, per hanc unionis Constitutionem est Plenipotentiarius constituta, et ipsius Judicio relinquo, utrum rite, et recte. Quam ipsi Unionem praedicant, Nos Confoederationem apellamus, cujus Vocabulo tota Commovetur Polonia, et fremendum omnibus est, propter subsequentes Calamitates. Funesta enim exempla ante habitarum nos monent, ut a tanto malo caveamus Vestramq Dominationem, totumq Ordinem Equestrem docere possunt, quid de tali unione

sperandum, vel confoederatione sit, quae non restaurationem et eversionem Legum omnium inducet tranquilitatis publicae eversionem appressiones, et violentum inferet statum, quove tandem non unio, sed vera, et realis tam Districtuum, quam Animorum divisio erit. –
Talis qua propter Actus, a Sacra Regia Majestate approbari nunqm poterit, et si quae exinde Confusio oriatur, unde bonum publicum Ducatuum Intrinsecus afficiatur, ab ijs ratio petetur strictissima, qui Auctores, et motores invenientur, praeterea, ut Vestram Gnosam Dominationem, quemadmodum de coeteros confoederatos Convincam de omnimoda invaliditate praetensorum gravaminum repetarum Actu Varsoviae sub Comitijs Annorum 1746. et 1748. Quo ad Responsum Civitatibus datum neminem latet Deputatos, tunc Civitatum desideria sua ante Thronum S. R. Mttis. palam et publice exposuisse, juxta quae Responsum Clementissime datum est, in quo nil unquam, nec Verbum quidem probabitur interum esse, Iuribus et Privilegijs contrarium Gnosae Nobilitatis, quomodo igitur subreptitium apellabitur, quod publicum fuit. Illud si Gnosus tunc Delegatus de Schopping ignoravit, et voluit ignorare, nec lex ulla, aut Partem, contra Regiam Authoritatem perlegitur, ubi Serenissimus Rex Civitatibus respondere non possit, nisi prius Consensum Generosae Nobilitatis habuerit, volens tamen nolen, Generosus Delegatus debebat scire, qd Sacra Regia Majestas non tantum Pater Generosae Nobilitatis, sed et Civium Incolarum omnium, quadve non minus Privilegia Civitatum quam Gnosi Ordinis Equestris Iura, et prerogativas intactas Conservare velit. Proinde quod cum petita Civitatum, Iuri et aliquitati Conformia essent. Sacra Regia Majestas, eisdem Responsum gratiosum in Fundamento Privilegiorum suorum denegatura non foret. –
Praesumptio de subreptitione Privilegiorum, Mandatorumq Regiorum non admittitur, nisi prius edocatur, Privilegium vel Mandatum emanasse, in falso supposito vel contra Iura, quo Casu, Recursus ad Regem faciendus est, pro cassatione, nec alia via suscipi poterit, absq Crimine laesae Majestatis, Gnosa autem Nobilitas

cum nil tale demonstrare posset, contra Responsum Civitatibus Indultum, nec contra Rescriptum, contra violatores tranquillitatis publicæ aliaq; per Gnosos Delegatos suos de Heucking et Schopping querelas reduxit, ad Fluvii aggerationem memet, et Concessionem Tituli Nobilis, Officiabibus Cancellariæ et Camero literatis factam. Cum autem in Responso, nec verbum foret, de Constructione aggeris, ubi de Conservatione antiqui usus, Molendini Civitati Bausensi agebatur, Sacra Regia Majestas demandavit fieri, dicto Aggeri aperturam, ad non præpediendam defluitationem. Et quoniam consensit Mentem suam aperiti Generalibus Terminis quemadmodum Generosi Delegati Supplicabant nollentes mentionem fieri, in Responso suo, de usu Molendini, quo separatim asserebant ut fieret. Sacra Regia Majestas omnem proveniendo abusum qui fieri potuisset, de dicto Responso suo, ad petita Gsorum Delegatorum declarationem demandavit, maturo suo Consilio, non subreptitie, nec unilateraliter neq ad Generosi Finck requisitionem, sed volens favere Nobilitati, et non nocere Civibus injungendo, in Fluvio aperturam, pro defluitatione talem, tamen unde Molendini usus, non tollatur, et de Cætero Conservando, in suo vigore tam Responsum, quo ad Civitates qm Rescripta. —

Nomini id circo benè sentienti apparebit Contrarietas aliqua, inter Responsum et Declarationem, quam Typis dari mandarem, nec pudebit me unquam Authorem illius videri cupiens, ut æque tecta Conscientia, moderni Legum omnium, restauratores, defensores isti acerrimi Iurium Nobilitatis de prætenso suo Zelo, rationem redere possint. Sed quidcunq; fiat, ex prudentia, et moderatione, et Clementia, non sufficit nova Excogitantibus animis, nonullorum Responsum, Civitatibus datum asserebatur contra Iura omnia, et leges Curlandiæ emanasse. Id cum probare debuisset non habebant. — Declaravit Rex Serenissimus, illud non esse subreptitium, nec sufficit, conquerabantur de Aggeratione Fluvij, facta est apertura nec sufficit. Sopita est Actis, contra p. duelles, nec sufficit, ubi privatim eorum interesse, non reperitur illud

bono publico, contrarium est Rescripta delere vellent, quibus Civitates, unicè sustentantur, nisi defraudatores Theloneorum, et violatores Tranquillitatis publicæ coerceantur. Parvi habitum a nonullis, si Civitates omnes perirent, dummodo ad implementum Criminis eorum inserviant, hec tanguntur Consideratione, quod ruina Civitatum, tot media Nobilibus prœscinderet, Sustentandi, et alendi se. –

Sed quid mirum, quando non erubuerunt contra Jura Divina et naturæ loqui legem contra duella, per Responsum Sacræ Regiæ Majestatis 10. Xbris. 1746. et per Decisiones Commissoriales, in vigore positam impugnantes, ratione non usus, et Contraria Consuetudinis, 61. Prœclari Patriæ defensores, quibus homicidia chara, leges, vero quas Deus dictavit, natura hominum cordi insidet, ab omnibus, et ubiq gentium approbatæ, illis odiosæ sunt, Similia gravamina nec excogitari debebant, verum gravamina, semper erunt, quocuq privatæ invidiæ interesse querela, et dissidia domminabuntur, contra Domum Ducalem et Consiliarios Supremos, taliterq invaluit, iam in Curlandia horum Gravaminum Consuetudo, ut ijmet qui hodierna die propugnatores agunt contra Domum Ducalem, cras si Consiliarij Supremi fiant, Invidia aliorum propugnabuntur. Hoc non sunt vitio vertenda, Equestri Ordini, cujus maxima et præcipua pars optime sentit, sed nonullis, qui, vel verborum apparatio, vel mala legum Interpretatione, vel evasionibus insidiosis, Animos Nobilium, et pluralitatem in Districtibus prœoccuparunt. Scire tamen debent, quod Clementiæ tempora sæpe sunt, et quidem laudanda, et optanda pœnarum, verum aliquando veniet, et quidem necessaria. Illis prœmissis persuasus sum, ex prudentia, mihi cognita, Gnosæ Dominationis Vestræ, quod si munus Plenipotentiarij, a Collatoribus Districtibus confœderatis recusare noluit, id non alia ratione fecit, qm ut securius faciliusq collaborare posset, ad illos trahendos, in eorum Sensum, Undecim Districtus, qui se Consiliarijs Supremis in defensionem Authoritatis Regiæ junxerunt. –

Plenipotentiario ab Equestri Ordine ad Thronum Sacræ Regiæ Majestatis accessus semper est liber, non tamen à Confederatorum Manipulo, quos lex nulla fulcit, sed prodivitas ad turbandum Patriam condemnat. —

Generosa Dominatio Vestra, opus non habet hoc habere Titulo, ut Causam contra Domum Ducalem vincat, si justa erit, et quidquid in gravaminibus vidi, quod veram boni publici Ideam præsentat, illud est, ubi de bonis allodialibus agitur, et in quo meam etiam omnem operam, Vestræ adjungam, Non exinde tamen quid personalis habebo gravaminis contra Supremos Consiliarios, qui propria non defendunt, quinimo si sibi, si proprijs Filijs et Nepotibus consulerent, faverent Equestri Ordini, in hac parte præcipue, sed Patroni nati habentur Domus Ducalis Juramento obstricti, ad tuendum illius Interesse, quantum possint, eousq; ut Documenta contra Domum Ducalem, aliaq; etiamsi habeant, extradere non teneantur, nec debeant, nisi Judicio coacti. —

Literæ a Gnosis Supremis Consiliarijs Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ ad Excellmum Supremum Rñi Cancellarium Mitaviæ die 12 Xbris. 1749. Scriptæ, quibus Supplicant, ut Rescriptum impetrare dignetur pro extraditione Documentorum à Gsis Kosciuszkie coram Unilaterali Commissione exhibitis. —

Illustrissime etc.

Illustrissimæ vestræ Excellentiæ singulari gratiæ et justitiæ promovendæ Studio merito acceptum ferimus, humillime quod mediante Mandato Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi, oblata Domui Ducali, à Generosis Conjugibus Kosciuszko hæreditarijs Bonorum Zagor, in Magno Ducatu Lithvaniæ, Possessio Præfecturæ Tockenhoff, cum prædijs et Villis appertinentibus, per Commissarios, a Sacra Regia Majestate eum in finem additos et designatos restituta, insimulq; eorundem violentorum Invasorum et expulsorum Condemnatio, in refusionem omnium damnorum et Expensarum obtenta, nec non subsequenti altero Mandato, Sacræ Regiæ Majestati, præfatis Conjugibus sub severissimis pœnis

ulterior ausus spoliorum inhibitus, ipsisq injunctum est, ut summam in quam condemnati essent satisfaciendo rei Iudicatæ Domui Ducali enumerarent. Quod cum hactenus elapso aliquod Mensium spatio ab ijsdem Conjugibus præstitum non sit, eo amitimur, ut paratissimis Iuris remedijs Decretum illud, et Mandatum Sacræ Regiæ Majestatis, ad paratissimam executionem deduci queat. Interim ætia adhuc distringimur Cura ut transumpta istorum Documentorum, quibus in intentato suo Processu coram Commissione unilateraliter prædicti Actores iniquissimam suam prætensionem suffulcire conati sunt. Adipiscamur quia eadem non secundum præscriptum Judiciarium Ordo ad Acta et Manus Notarij publici Regij Hannisck, qui unilaterali Actus isti Commissoriali interfuit, Relicta ut Nobis ab eo Una, cum reliquis Processus istius Actis in forma probante descripta extradi possent, sed protinus, ad proprias Actorum manus recepta sunt, qua de Causa præfatus Notarius se transumpta istorum Documentorum nobis exhibere non posse contentatus est. Quoniam autem eorundem Documentorum præsumptorum Exemplaria Authentica, ad instruendam Causam principalem coram Iudicijs Relationum S. R. Majestatis propriarum, atq per Apellationes pro parte Domus Ducalis, statim a primordio intentati, istius processus Commissorialis, ab uno saltim latere interpositas devoluta est, ac ad exceptiones et defensiones allegandas, omnino Domui Ducali necessaria sunt, et quilibet Actor, parti à se Conventæ Copiam istorum Documentorum, et Munimentorum quibus intentionem suam fundare molitur, facere tenetur, nec nimirum parti conventæ facultas se defendendi, et invaliditatem talium Documentorum deducendi adimatur. Ideo debite supplicamus, ut Sacra Regia Majestas Mandatum et Rescriptum Nobis Clementissime impertiri dignetur, quo Generosi Conjuges Kosciuszko, sub rigore Iuris adigantur, ut omnia et singula coram unilaterali Commissione producta, et in Processu mentionata Documenta, Notario præfato publico, ad extradenda nobis eorundem transumpta, fide digna, cujus Operæ congruum Solarium

ipsi, a nobis praestabitur, absq omni tergiversatione, et mora exhibeant. Istius Mandati effectu Illma Vra Excellentia Domui Ducali gratiosam feret Opem. Quam compluribus ejusdem beneficijs, summi pretij antecedaneis accensebimus, cum indissolubili obligatione. Nos indefesso ppetuo veneratis Cultu, ad Urnam usq futuros esse —

Illustrissime et Excellentissime Domine Supreme Regni Cancellarie Domine Gratiosissime.

Illustrissimae vestrae Excellentiae humillimos Obedientissimos Servitores H. C. Finck, de Finckenstein. Cancellarius Otto Christophorus ab Hoven Oberburgrabius. —

Annus 1750.

Rescriptum ad Gnosos Kosciuszki Conjes ut Documenta in Actis Unilateralis Commissionis exhibita, pro Parte Domus Ducalis, per Notarium publicum describenda tradant. —

Augustus etc.

Gnosis Fideliter Nobis dilectis Nicolao Capitaneo Nostro, et Annae Uniastowska, Conjugibus Kosciuszki haereditarijs Bonorum Zagory, Gratiam Nostram Regiam, Gnosi fideliter Nobis Dilecti. Relatum Nobis est, per certos Consiliarjos Nostros, lateri Nro assidentes, quatenus Fidelitates Vestrae in Processu coram Solis Commissarijs, a parte sua deputatis, in puncto, ac si Controversorum limitum, ac granicierum, inter bona sua praefata haereditt. Lithvanica, et Praefecturam Ducatuum Curlandiae et Semigalliae Tochenhoff, ac alios unilateraliter agitato, varia quidem Documenta eum in Finem pduxerint

3

ut ex iis pateret avulsionem istorum limitum, à se
protensorum ex prædictis suis bonis quondam esse
factam, sed eadem protinus, ad manus suas receperint,
nec authentica eorum exemplaria, ad Acta relinque-
rint, ita ut Notarius Noster Regius Hanish, qui Ac-
tui istius Commissionis Unilateralis interfuit, et in
eo describendo Operam suam navavit, transumpta
istorum Documentorum, a Verbis productorum ad re-
quisitionem, pro Parte Domus Ducalis extradere
non potuerit, et hinc a Gros.is. Consiliarijs Supremis
Regentibus Ducatuum Semigalliæ et Curlandiæ, sup-
plicatum Nobis esse ut Fidelitatibus Vestris debi-
tam, et de Jure necessariam, exhibitionem istorum
Documentorum, ad manus præfati Notarij, quo tran-
sumpta illorum requirentibus extradere posset, sub
rigore Juris, injungeremus, et demandaremus, ideo
quia desiderata ista exhibitio Documentorum, Juri et
æquitati maxime est conveniens, dum Actor quælibet ta-
lia Documenta, quibus suam intentionem probare ni-
titur, non solum Judicio ad inspiciendum, et examinandum
porrigere, sed et parti a se conventæ communicare aut
eorum transumptu ad Acta relinquere, tenetur, ut
adversa Pars, inde ea depromere, et competentes suas
deffensiones ij opponere possit, et præsertim Domus
Ducalis, ad instruendam Causam pro sua parte et li-
tem in Judicijs Relationum Nostrarum propriarum
atq; per Appellationes ejus Nomine ad Nos, a primor-
dio Processus unilateralis processus ejusdem passu
integer Actus Commissorialis devolutus est, abbrevian-
dam Tenorem Documentorum istorum nosse necessarium
ducit. Fidelitatibus Vestris sub rigore Juris, serioq;
injungimus, et demandamus, ut omnia et singula
Documenta, in Actu Commissoriali, à se mentionata,
et allegata intra lapsum trium ab insinuatione hujus
Mandati proximorum Mensium præfato Nostro No-
tario publico exhibeant, et describenda tradant, quo
transumpta eorum in forma probante recepta, a re-
quirentibus Operæ suæ renumeratione extradere que-
-at.

Secus non facturæ Fidelitates Vestræ, ne gravissimam Nostram indignationem, et legum pœnas incurrant, Pro Gratia Nostra, et Juris legumq observantia harum Testimonio literarum quos manu Nostra Regia Subscriptas, Sigillis Regni, et Magni Ducatus Lithvaniæ communiri jussimus Datum etc. —

Literæ à Gnõsis Supremis Consiliarijs Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ, ad Excellentissimum Supremum Regni Cancellarium, Mitaviæ Ipsis Calendis Januarij 1750. scriptæ, quibus ingressum Novi Anni gratulantur cum expressione gratitudinis præstitæ in Responsorio a Gsũm Torck pro salute eorundem Ducatuum sollicitudinis. —

Illustrissime etc.

Quo illustriora, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, de Sacra Regia Majestate integro Regno, omnibusq illi incorporatis Provincijs sunt merita eo majori omnium gaudio Civium Patriæ amantium perfusi sunt, animi, quod Divina benignitas Illmãm Vestram Excellentiam, et emenso jam Anni retrolapsi curriculo, Sospitem ac incolumem, præstitit, et noviter capti fortunatum concessit ingressum, istud gaudium ubiq in lætissimas Congratulationes, et intima vota pro Illmæ Vestræ Excellentiæ longævitate, et felicissimo rerum omnium successu erumpit. Cum itaq præter anteriora etiam recentissima ejusdem indefessæ sollicitudinis, pro Salute horum Ducatuum publica in Responsorijs ad Gnõsum Subjudicam Torck ceu protensum Gnõsi Ordinis Equestri Plenipotentem die 15ta Xbris Anni vix elapsi datis extent Vestigia, nullius unquam ætatis oblivione abruenda in congratulantium Numero. Nos obstrictissimi comparemus Vota, ex intimo pectoris Sinũ fundentes, ut summum Numen, sui tutaminis alijs Illmãm Excellentiam Vestram, protegere viribus Animi inexhaustis, et vegeto semper Corporis vigore beare, Vitamq ejusdem ad longissimos Annorum

lium anorum Terminos producere vellit, sic moderan=
te Illustrissima Vestra Excellentia, Supremi Cancel=
lariatus Regni gubernacula vigebit Majestas, flo=
rebit libertas, et Legibus inviolabilis sua Consta=
bit Authoritas, ad omnes autem Provincias annexas,
et inter eas hos Ducatus pacis et Justitiæ fructus
locupletissimi redundabunt, Gloria vero Nominis
Illmæ Vestræ Excellentiæ Orbis hujus compagi erit
coæva. –

Talia Illmæ Vræ Excellæ devotissime apprecari quo ad
superstites erimus non intermittemus, quippe profun=
dissimo Venerationis Cultu perseverantes. –

Illustrissime etc.

Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ humillimi Obedientis=
simi Servitores Christophorus Fridericus Sacken Land=
hoff Maister. –

Hil: Fink de Finckenstein Cancellarius Otto Christo=
phorus, ab Hoven Oberburgl. Henricus Christ. ab Offen=
berg Land Mareschallus. –

Literæ à Gso Torck Plenipotentiario Gnosi Or=
dinis Equestris Ducatuum Curlandiæ et Semi=
galliæ in Negotio Gravaminum ad Illmum Supre=
mum Regni Cancellarium Zerzto, die 28. Febru=
arij 1750. scriptæ. –

Illustrissime etc.

Excellentiæ Vestræ Literæ sub dato Konscijs, die 14ta
Xbris. Anno præsenti, ad me datæ, quæ ob immeritam
laudem in illis contentam me certe diutius inquietum
tenerent, nisi ego mihi probe conscius, statim illam mo=
do optimo, instantissime deprecarer, me, et quæ illas le=
gunt, convincunt, quod Excellentiæ Vestræ de his, quæ in
ultimo Conventu publico inter Gnosos Consiliarios Su=
premos, et Gsum Ordinem Equestrem obvenerunt, sequens
idem facta sit, ac si.

1mo

1mo.

Gravamen primum et Secundum dicti Conventus Publici intuitu Rescriptorum, contra Sacram Regiam Majestatem, Ipsis essent instituta. —

2do

In Explicationibus, et Annotationibus sup his gravaminibus, à Gnoso Deputatorum Mareschallo Nomine Gsi Ordinis Equestris factis, etiam Cassatio Rescripti, contra Violatores Tranquillitatis publicæ prætenderetur. —

3tio

Eadem petita præfata, et quidem prius, in Congrua facta, per Informationem ab ipso, tunc temporis Mareschallo subscriptt, et Anno 1748. per Gnosos Delegatos Heucking, et Schopping Cancellariæ Regni exhibitum, aliqua ex parte emendata fuissent, sed per eundem Nuntorium Terrestrium Mareschallum, modo Manifestandi renovata, et republicata essent. Licet Gnosos Delegatos, tamen non prius admissos fuisse, ad Thronum Regium, quam fidem dederint, totius Ordinis Equestris Nomine non eventurum amplius ut talia petita fierent. —

4to

Rescripta quibus Civitates, unice sustentuntur, et defraudatores Theloneorum violatoresq Tranquillitatis publicæ coercerentur delere optaretur. —

5to

Lex contra duella ipsa impugnaretur, sicq Leges, Natura hominum Cordi inditas, odiosas, homicidia verò, chara grataq reddi conaretur. —

6to.

In fundamento non factæ abolitionis, similium gravaminum, quorum nonnulla impossibile fuit Generosis Consiliarijs Supremis abolere, Conventus publicus dissolutus esset, et deniq. —

7mo

Solummodo non nulli Deputati Constitutionem, quamve Compositionem Unionis apelluissent, inter se fecisse

cum tamen Undecim ex illis se Cancellarijs Supremis in defensionem Authoritatis Regiæ junxissent, hæc momenta specialia ex Literis Excellæ Vestræ desumpta, Nostri Conaminis disjudicationem indicant, quæ, propter Excellæ Vestræ, ex Ipsis Actis, et actiatis extractam veritatem depromendi æquanimitatem sperantes, in prompta perspicuum erit. —

Quo ad 1mum.

Quod Generosus Ordo Equestris contra ipsa Rescripta nullatenus agat, nec agendi minimam contra illam Causam habeat, Siquidem ut taceam, qualem Nobis, Noster Status in Curlandia introductus, securitt, propterea promittat, Sacra Regia Majestas Dominus Noster Clementissimus, per gratiosissimam justissimamque declarationem de data Varsoviæ die 17ma Xbris 1735to, et per Responsum ultimum, de Anno 1748. Intuitu eorum motum omnem, in æternum usque Nobis expellit. Qua propter solummodo de falsa Interpretatione illorum, ac injusto usu tractatur, in quibus Gsæ Consiliarij Supremi plus animositati suæ indulgent, quam Juramentis suis, et Conscientiæ memores sunt, prout Excellentiæ Vestræ, Literæ de hujusmodi Rescriptorum abusu exemplum allegant, dum nimirum Gnosi Supremi Consiliarij, aggerem Molendini Bauscensis, de cujus refectione Responsum Civitatense de Anno 1746. ne jota quidem in se continet, nihilominus in fundamento ejus, contra Jura Provincialia, de facto restituerent. —

Ad 2dum.

Quod in indicatione gravaminum specifica, annexo sub Tit. attestante ne Verbo quidem Rescripti contra violatores tranquillitatis publicæ facta mentio sit. —

Ad 3tium.

Quod quemadmodum ex informatione a Gnosis Delegatis Curlandicis exhibita alijsque specialibus declarationibus, quæ contra Contenta sua Excellentiæ Vestræ, seu promissio ex parte Ordinis Equestris facta, quod in posterum petita, hæc non amplius ita, uti in antecedente Conventu publico factum est, formam debeant.

in memoriam revocata sunt, jam apparuit evidenter, quod circa dijudicationem gravaminum Conventus publici, proxime ante Comitia Regni celebrati omnia salvo obedientissimo erga Sacram Regiam Majestatem respectu parata sint, pariter etiam ex Annotationibus, et applicationibus, super gravaminibus nuperrime Conventus publici, iterum clare apparet, Ordinem Equestrem per Propositionem tum temporis Deputatorum Marechalli, non Rescripta ipsa, de quibus hucusq; menta facta, sed Generosorum Consiliariorum Supremorum abusu illorum tollere intendisse, et consequens hoc, quod in priori delineatione gravaminum, clare compositum non est, Ord: Eque: ex interpretatione contra intentionem ejus, amplius imputari non possit. —

Ad 4tum

Quod de hoc nil in Actis invenire possit, sed illud solummodo, figmentum animi hostilis sit, quem quam Inclinationem, multo minus actualem, Conatum in diem edidisse. Rescripta contra Violatores tranquillitatis publicæ, et defraudatores Theloneorum, et quidem ex ista Excellentia Vestra, indicata abominanda, et abjecta intentione impugnare, sed solummodo præterea Illum. Ordinem Equestrem conquerendi Causam habere, dum uti Excellentia Vestra, Generoso Finck etiam dixisse perhibetur, Iura Provincialia satis superq; in se continerent, qua ratione non Possessionali turbatores Tranquillitatis publicæ et Theloneorum defraudatores, coercere possint, qua de re, et illa, scil: Rescripta, ab ipsis præter necessitatem et per saltum Iuris peterentur. —

Ad 5tum.

Quod non de lege ipsa, contra duella, sed solummodo de Actione Criminali et Processu Vexatorio, contra innocentem instituto, dicitur in quo scilicet non solum, violentia, injustitia in aliqua persona Ord: Equestrem eminet sed ex inde, simul exoritur probatio, pro putativis Iuribus Gorum Consiliariorum Supremorum ex bene placito suo, legem aliquam non observare, aliam vero absq; prascitu Ordinis Equestris, cujus tamen cooperatio, in publicis nullatenus impugnari potest,

iterum resuscitare, alias vero, pro affectibus suis condemnare, quo ad Vestram Excellentiam transmissa iam explicatio et Remanifestatio Gnosi Deputatorum Mareschalli ad gravamen vtum. plenariam in se continent Remonstrationem. —

Ad 6tum.

Quod postquam nec unicum quidem ex his adductis, et reliquis gravaminibus, hujus Conventus publici compositum est, indeq impossibile fuit salubrrimum Consilium, adeo fundamento lubrico componere, non Ordo Equestris, sed Gnosi Consiliarij Supremi, respectu inanis exitus, istius Conventum publici, in Culpa sint, quippe qui respectu abolendorum gravaminum publicorum, ad Justissimi Regis, sercio pro conservandis inviolabiliter legibus Patriis, emanata Mandata parum aquè respexerunt, quam parum ipsi Vocem propriorum Conscientiarum suarum, contra hac clamantem exaudiverunt. —

Ad 7mum.

Non nonulli Deputati, sed Sedecim Districtus, per consequens, vi legum fundamentalium, pro primis vero Decisionis Commissorialis de Anno 1642. et istius super casu speciali subsecuti Responsi Regij de Anno 1744. ipsum Ordinem Equestrem, ex rationibus in membro precedente indicatis, necessitaverunt ad Exemplum Anni 1684. se Consociare, a Sacra Regia Majestate Domino Nostro longe Clementissimo, Supremo et directe, remedia debita, libertatis sued violatae expetere, cui Actis Unionis relinqui, Deputati Undecim Districtorum subscribere statim, propterea non potuerunt, quoniam in Instructionibus eorum denegatio reiterata abolitionis publicorum gravaminum, non suspicata, et a parte illorum pro Casus ante omnia ad referendum accipiendus erat. Ex isto vero ab Excellentia Vestra, allegati fundamento conjungere se cum Gnosis Consiliarij's Supremis, aut eorum partis arripere, illud multo minus fieri potuit, postquam hi Deputati Actis publicis testantibus pariter, ac reliqui Deputati Gravamina ex instructionibus

nibus

suis indicarunt, pro se, subscripserunt Vota sua quod ista abolita non sunt, in Directorio Suffragiorum, connotari fecerunt, et desup Districtibus suis, quovis Competentia reservaverunt. –

Cum itaq ista omnes rationes plenarie corruunt, quare Ope, non dubitatum est, Excellentiæ Vestræ de Gsō Ordine Equestri, pro Conservatione libertatum suarum, ex debito fervente turpissimam, et quam maxime detestandam Imagine exhibere, hinc Excellā Vestra gratiose dijudicare potuit, quales motus divulgatio, et Eversiones Excelle Vaē. Literætagm Originale ipsum, ad manus meas, et ex illis venerat, inter Nobilettem causaverat Viri in Zelo suo, pro conservandis Patriæ libertatibus, ab omni privato commodo, longi alieni, ita ut illos, qui Salutem publicum detestabili emolumento privato sacrificant, seu maculas Rei publicæ aversentur, Viri inquam in Cognitione amoris, virtutis, et libertatis ingenui, unice famam honoremq collocantes propterea obstupuerant; quod ausum sit, justissimam Causam, imo ipsō vero Patriotæ, innatas intentiones, et actiones, ob quas, formulas Regiminis, honores, laudesq tribuit, Vestræ Excellentiæ, sub deterrima Immagine depingere, et sub illa scitiō, sub deterrima Immagine Excellentiæ Vestræ subscriptionem proculieet Imagine Excellentiæ Vestræ subscriptionem procurare; Quemadmadum itaq Nos, si Consij Nobis essemus eorum quæ Excellentiæ Vestræ, devitæ Nostræ rationi, et intentionibus insinuata sunt, vel levissimum saltem de his, in Nobis persentisceremus. Indicium certi primi essemus, qui contra Nosmet ipsos, nos converteremus, et hoc quod abjectum est, in abyssum proscriberemus. Enim vero dum per Gratiam Divinam in his omnibus, nos puros sentimus, suoq tempore Innocentiam Nostram fusius demonstrabimus, hinc indubitate certissimeq speramus, Vestram Excellentiam ob longe, lateq cognitam justitiam suam, et a Polonia universa veneratos, Conceptas de libertate, primum fore, qui defectum Constantiæ Nostræ in re adeo præclara, qualis defensio honoris et libertatis est, in Nobis vituperaret, et Nos propensione sua, hactenus Nobis exhibita indignos plane judicaret, absit hoc Nos præ

stantiam

praestantiam honoris ingenui perspectam optimi ha-
bemus, quin Nosmet ipsos, in hujusmodi errorem
rapi pateremur, anteponimus honorem, quoniam
jactura ejus irreparabilis, amori vivendi, et si forte
nos etiam omnes in hoc non convenimus, in eo ta-
men non dissentimus, illum esse, oqui parandum
vita. Quam itaq impossibilis erit unio, inter Gene-
rosos Consiliarios Supremos, et Ordinem Equestrem,
eo, in tempore, quo assertores Libertatis seu Defrauda-
tores, perduelles et Violatores publicae Tranquillitatis,
nec non defensores homicidiorum, diffamantur, et qm
illa impossibilis permanebit, donec hac offensio, in
limitibus Patriae Nostrae nunq adeo dure, acerbeq exau-
dita, per satisfactionem sufficientem, et necessariam
Ordini Equestri praestitam componitur. Nulla autem
prorsus, de ultima hac circumstantia, dubitatio, Nobis re-
linquitur. Causa cum eadem Serenissima Republica
adhuc ~~tum~~ avote sumus adjuncti, quae per integra duo
saecula, tot Testimonia actualis Curae suae pro conservan-
dis libertatibus horum Ducatuum repetiit, quod Nos
Decisiones Commissoriales producere possumus, et Nos
pietate adhuc profundissima, ac Fidem eundem Serenis-
simum Regem, adveneramur, qui in hoc ultimo De-
cennio tot Criminibus gravibus, à Generosis Con-
siliarijs Supremis contra Statutum publicum Commis-
sis, pro summa bonitate, et Munificentia sua, mul-
ta longanimitate, indulsit quidem, ast nullo tempo-
re inauditos. Nos à se dimisit, id quod pro maxima
parte Excellentiae Vestrae debemus, nullatenus itaq
Regis Serenitatem, tolus excitatam timemus, sed po-
tius effectus Justitiae Regiae, eo majori expectamus
Confidentia, quo magis Gsi. Consiliarij Supremi,
tempore Gratiae hucusq concesso eludendo Leges, et
opprimendo Equestrem Ordinem, abusi sunt. Nunc
ratione eorum, quae hic quidem Specialiter tacta
non sunt, attamen ceu Consequentiae ex suprafata
demonstratione, tam refutata sunt, finem his Li-
teris meis, imponere possem. Enim vero facta

Excellentiis Vestræ insinuatio, quod Ordo Equestris hos, qui hodie defensores Jurium Patriæ fuerunt, Cras si Consiliarij Supremi constituti sint, iterum hodierna die, invidia prosequatur, adhuc aliq: observatione digna, Negandum non est, modernum Oberburgrabium Gsõrum de Holwen, quovis tempore Patriotam se exhibuisse. Ipsum ceu Deputatorum Mareschallum, in legibus fundatum, demolitionem aggeris Molendini Bauscensis Anno 1730. Statuisse, et pro primis elaboratione et subscriptione Instructionis de 1744. se distinxisse, quæ inter alia tristem hanc Veritatem, in se continebat, Gnosos Consiliarios Supremos, gravamina publica, tam omittendo, quam Committendo facere non dubitare.

Nec potest negari, quod Land Mareschallus Gnosus de Offenberg Laudum publicum Anno 1746. ceu Deputatus Grubinensis, ipse subscripserit, sicq: abolitionis, tot necessariorum gravaminum publicorum particeps sit, contra vero ea etiam verum est, et illi ipsi, non potuerunt negare, qd ad interrogationem Ordinis Equestris utrum ipsi eorum gravaminum, quæ a reliquis Gsis Supremis Consiliarijs, ante constitutionem ipsorum facta sunt, participes se fecerent, affirmando responderint. insuperq: subsecutam denegationem Abolitionis Gravaminum, simul subscripserunt. Num itaq: prætexata Ordini Equestri invidia, vel potius illorum propria declaratio, et actiones ansam præbent, quod a reliquis Consiliarijs Supremis non distinguendi sint. — Perpendat Excellentia Vestra humillime, peto quomodo cum chara Nostra Patria agatur, Peccatur in illum simulq: non erubescitur, peccatum hoc illi imputare. Propugnatio honoris, et libertatis apud Serenissimam Rempublicam per gratiam Divinam nullo tempore, pro re turpi habita est, et quanquam Excellentiis Vestræ Nobiles hæc Ordinis Equestris

occupatio, deterrimis Coloribus depicta est, nihilominus tamen non dubito, Excellentiæ Vestræ ulteriori propensioni Ordinem Equestrem, omni qua par est reverentia commendare, et quod magis est asserere, Illum ulteriori Excellentiæ Vestræ Providentiæ intuitu libertatum suarum, atque honoris, ita dignum esse: ut omnes eo tendentes labores, et occupationes Excellentiæ Vestræ quovis tempore ingenuam oblectationem allaturæ sint. Hæc omnia, subscribo, ceu Validitatis, de quo libet tempore, rationem reddere paratus sum, qui profundissima Veneratione emorior.

Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Servus humillimus.
Vilhelmus Alexander Magnus, de Torck Generosi Equestris Ordinis Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Plenipotentiarius, Subjudex Terrestris Tuckumensis. —

Declaratio Gravaminum à Gnoso Ordine Equestri de 11ma Augusti p: a: exhibitorum et Amotationes ad Responsionem Mgcor: ac Gnosorum Dominorum Consiliariorum Supremorum ad illa datum. —

1mo.

In Rescriptione ad gravamen de usu Rescriptorum Mgcæ. ac Gnosi Domini Consiliarij Supremi desiderant ut specialiter indicaretur, ex quorum Rescriptorum Interpretatione Justissimæ Sacræ Regiæ Majestatis menti minus Conformi, usus legibus, horum Ducatuum, Contrarius Actus esset. Hinc Equestris Ordo, videt se coactam, Magnificos ac Gnos Dominos Consiliarios Supremos ad id remittere, quod in Informatione Instructioni Delegatorum horum Ducatuum annexa, et in Cancellarijs Regni Poloniæ et Magni Ducatus Lithvaniæ, producta desuper

jam deductum est, cujus etiam S. R. Majestas ipsam, et in Supremo Responso suo, proxime emanato justissime rationem habuit. Propterea et Ordo Equestris propriam illorum Responsionem, ad gravamen 2dum, ijsdem ad examinandum ponere potest, ex qua iterum dilucidè apparet, quod de illa, ex parte Civitatum, a tergo exportata declaratione Sacrae Regiae Majestatis, Regis, ac Domini Nostri longe Clementissimi, benignissimae, et justissimae menti Ducatibus quovis tempore noto, et in nuperrimo Summo Responso, de dato Varsaviae die 3tia Decembris 1748. reiterate testificato e Diametro contraria interpretatio facta sit. —

Deniq; melior usus Rescripti de restrictione Limitationum Conventuum Publicorum, Ordini Equestri communicati, expectandus non est, quoniam hoc Rescriptum, pariter a tergo, Ordinis Equestris exportatum est, licet in Provincialibus Regibus, desuper sufficienter est dispositum.

Cum itaq; ex hoc, quod hactenus in causa hac obvenit, negari non possit, qd et interpretatione Rescriptorum Sacrae Regiae Majestatis justissimae menti minus conformi usus eorum Provincialibus legibus contrarius ortus sit, et nisi Magnifici ac Generosi Domini Consiliarij Supremi ita ut hactenus, intuitu Rescriptorum processerunt, procedere desistant, adhuc oriri possit. —

Ordo Equestris Magnificis et Gnosis Dominis Consiliarijs Supremis, necessaria declarandum esse duxit, se circa Rescripta tam exportata, iam unilateraliter, quam in futurum exportanda, eo magis esse, quietum posse, et futurum esse, dum Sacra Regia Majestas, vere Paternam declarationem pro se habet, Summam intentionem ejusmodi nec esse, nec posse esse, interpretationem legibus horum Ducatuum praejudiciosam, exindeq; orientem illegitimum Rescriptorum usum permittere. Nullatenus

vero Ordo Equestris intermittet circa interpretationem ejusmodi, et usum Rescriptorum, hoc omne observare, quod leges horum Ducatuum Seriaq Intentio S. R. Mttis. longe Clementissimi Regis, ac Domini Nostri secundum, quam leges illaesae esse debent, ipsi modo suppeditant. —

2do

In elaboratione Responsionis, ad gravamen 2dum simpliciter praesuppositum, et pro fundamento habitum est, nullas plane adesse leges aperturam aggeris in flumine Memel extructi postulantes. Cum autem Sacra Regia Majestas longe Clementissimus Rex et Dominus Noster, novam aggerrationem dicti fluminis pro deflexione, a legibus horum Ducatuum, quas eadem Sacra Regia Majestas illaesas esse vult, declaraverit, gravaminisq abolitionem, secundum illas serio injunxerit. —

Propterea Ordo Equestris a Magnificis ac Gnosis Dominis Consiliarijs Supremis, nil nisi finalem eorum declarationem percipere desiderat, num ipsi respectu legum horum Ducatuum, quas Sacra Regia Majestas longe Clementissimus Rex et Dominus Noster. Ipsemet inviolatas servandas esse statuit, adeoq non disputat, sed mandat aggeri, supra memorato, sine ulla exceptione nova, Legibus plane incognita, aperturam reddere velint, nec ne. Pro majori vero Consideratione praepeditionis, quo minus gravamen abolitum hoc est, quamq praepeditionem Magnifici a Generosi Domini Consiliarij Supremi, ex declaratione, a Civitatibus obtenta arripuerunt ijsdem Dominis Consiliarijs Supremis, ob Oculos ponitur. —

1mo

Num clausula dummodo usum Molendini non tollat, p summum Responsum Regium Ordini Equestri datum, prout declaratio mentionata, id allegat, in se contineat, Et cum, revera, ita non est, numne Declaratio pro Civitatibus obtenta, fundamento careat, quo tamen niti dicitur. —

2do

2do

Num hujusmodi à tergo Ordinis Equestris, exportato Rescripto Summum Responsum Regium Ordini Equestri, ad desideria ipsius publice oblata, datum post poni possit. etc. —

3tio.

Si poneretur declarationem saepe dictam in omnibus esse legitimam, numne finalis Clausula ejus, Contentae scilicet Civitatensis Responsi et Rescriptorum solummodo in quantum Juribus, et praerogativis Ordinis Equestris horum Ducatuum non praejudiciosa essent, ad executionem perducenda esse, Magnificis ac Generosis Dominis Consiliarijs Supremis, omnimodam praecidat facultatem, memoratam declarationem, et anterius Responsum Civitatense ac Rescripta contra legem intentionem, et Jura horum Ducatuum, quae Justissimus Rex Noster, tanta cura, servanda esse vult interpretandi, et applicandi. —

Deductis vero hisce, Ordo Equestris, in contrarium nihil usus Molendini, si modo ille, una cum apertura aggeri legibus conformi possibilis est, sed hoc solummodo intendit, quod qmvis, facta apertura aggeris. Usus Molendini tolleretur, haec tamen apertura, ad praescriptum legum simpliciter reddenda sit. —

Hanc Copiam cum suo vero Originali concordare testor.

W: A: M. de Torck Plenipotentiarius Gsi; Ordinis Equestris Ducatuum Curlandiae et Semigalliae mppa. —

Reflexiones Supremi Regiminis super Literas Gsi Torck. —

Benignissimis Responsorijs, quibus Illustrissimus et Excellentissimus Dominus Supremus Regni Cancellarius super contentis Libelli, a Gso Torck Subjudice Tuckmanensi, ac si Plenipotentiario, Gnosi Hermani Friderici Grotthus Capitanei Minoris Dublenensis, Mareschalci Comitiorum in Ducatibus Curlandiae et Semigalliae, tam 1748. quam 1749. Annis habitorum, et Deputatorum ex Districtibus aliquibus, quorum Consensu

posteriora ista Comitiola arroganter dissoluta, Actus quidam Unionis contra Mgcos. et Generosos Consiliarios Regentes susceptus insimulatus atrocissimè eorum, in Instrumenta sui dictarum Protestationum congesta, et hæc ipsis insinuata sunt, postquam Undecim Districtuum Deputati, a prædictis cæteris dissessissent, ad Illustrissimam suam Excellentiam transmissi, animi sui sensa, gratiosissimè exponere, et turbatores quietis, ac Concordiæ internæ, ut errata sua dignoscentes, et emendantes, Consilia saniora caperent, admonere dignatus est, idem Gsus Subjudex Torck, acquiescere noluit, quin potius, Illustrissimam suam Excellentiam altero Scripto aggredi, remonstrationes ejusdem Gratiæ, ac Candoris, plenissimas, quasi confutare actiones præfati Comitiolorum Mareschallii et Deputatorum, a partibus ipsius stantium, tanquam omni culpa vacantes, et justas ostentare, famam, autem, honorem, et dignitatem, Meorum Consiliariorum Regentium denuo arrodere et impossibilitatem reconciliationis cum ijs nisi prius insignem satisfactionem suis præsumptis Principalibus præstitissent, significare sustinuit. – Quam levibus autem ratiunculis, et dssutitijs Coloribus Speciem quandam affingere præmissis Gnosus Subjudex Torck annisus sit, ex sequentibus facile patebit. Cum enim antedictus Gnosus Mareschalcus, in Comitiolis Anni 1748, et Deputati istius Assedæ, Generosos ac Mgcos Consiliarios Regentes, per porrecta gravamina, et adigere tentassent, ut Responsum Sacræ Regiæ Majestatis, circa tempus Comitiorum Regni Generalium Anni 1746. ad supplices preces, omnium Civitatum hujus Provinciæ emanatum, nec non Rescripta Clementissima, contra turbatores publicæ tranquillitatis, et defraudatores Theloneorum et ratione Tituli Literatorum, in Officijs Cancellariæ et Ducalis Cameræ constitutorum, ijdem Regentes Consiliarij, pro nullis et invalidis, sicuti revera essent, declararent, hi vero tanti reatus complices esse nollent, et tantummodo illorum expostulantium re

linquerent

relinqueret, utrum remedijs Juris legitimis. Si Rescripta illa tanquam ad sinistram informationem elicita, arguere praesumerent, uti vel Sacrae Regiae Majestati pro eorum restrictione suppliacre mallent. Saepe fatus Mareschallus, et ejus adhaerentes, Gnosos de Heiking et Schopping, tum Delegatos ad Sacram Regiam Majestatem Stantibus Comitijs Regni Generalibus istius Anni 1748. elegerunt, et Informationem cum Instructione ijs dederunt, quae in Curia S.R. Mttis. porrecta protervitas talium gravaminum quadantenus dissimulando reprehensa est, ipsi Delegati autem attentata emendarunt, et polliciti sunt, petita talem in modum, posthac nunquam formatum iri. –

Verum in Comitiolis Anni 1749. Idem Mareschallus ac Nuntij Districtuum quibus delegati praedicti Generosi Heiking et Schopping, favorabilem pro sua parte Relationem celando ea, quae in Curia S.R. Majestatis, ante admissionem eorum, ad audientiam, revera gesta erant, exhibuerant, ad invento ex sua opinione, occultiori quodam tramite in suo proposito, Rescripta Sacrae Regiae Majestatis, omni Valore, et authoritate privandi, atque destituendi perrexerunt, dum in primo, et Secundo suorum gravaminum die Undecima Augusti, proxime dicti Anni porrectos, a Consiliarijs Regentibus Contenderunt, ut quasi ea ex ratione, quod esset Manifestum, ex interpretatione Rescriptorum, intentioni Sacrae Regiae Majestatis haud conformi usum eorum, legibus Provinciae contrarium, subsecutum esse, et adhuc subsequi posse, Generosi Consiliarij Regentes, ad necessariam Gnosi Ordinis Equestris instantiam, quia obtenta haetenus unilateroliter Rescripta, ansam dissensionibus, et turbis dedissent, una cum Ordine Equestri exportationi Rescriptorum Regiorum, non solum absisterent. Sed potius absque respectu exportati Rescripti, solum modo ad praescriptum fundamentalium legum se conformarent, et desuper Securitatem, sive guarrantiam quae requireretur, praestarent, ratione novi aggeris, in amne memel extructi, autem gravamen anterioris temporis abolerent, mens

autem ejus secundi gravaminis, nimirum Molendini Bauscensis, usum penitus tollendi, inde diluide apparet qđ toties dictus Marechallus Comitiolorum, in declaratione Responsionem Gnosorum Consiliariorum Regentium, a se, die 16ta Augusti Anni 1749. exhibita, diserte ita argumentatur, quod Gnosus Ordo Equestris, usum quidem Molendini, si iste, cum legali apertura aggeris, queat, subsistere non impugnet, sed id tantum asserat, quod et si per aperturam aggeris, usus Molendini tolleretur, apertura tamen, secundum leges, absolute fieri deberet. Quâ alia Verborum talium et Argumentorum præmissorum consequentia legitima elici potest, quam Responsum S. R. Mttis pro Civitatibus ejusdem Declarationem, et Rescripta Anni 1746. de quibus sermo est, a taliter loquentibus, et argumentantibus, pro invalidis, ac juribus contrarijs censeri convelli et sic summam authoritatem S. R. Mttis reapsefacto saltem quadam adhibito violari: Nam

Ad Imum.

Generosus Subjudex Torck eo solo colore admissa palliare, et summe benevolam, ac gratiosam admonitionem Illustrissimi ac Excellentissimi Domini Consiliarij Regni Supremi qđ præfata gravamina, bina, adversus Ipsam Sacram Regiam Majestatem, tendant eludere, satagit, qđ contra Rescripta ipsa, nihil actitatum, sed solum falsa interpretatio, et abusus istorum Rescriptorum, dum Consiliarij Regentes magis animositati suæ, quam Juramento et conscientijs suis obsecundent, indigitetur, Verum neq Gnosus Subjudex Torck, neq ullus alter hominum, in ævum docere poterit. Mgnos. Consiliarios Regentes interpretationem Responsorum Declarationem et Rescriptorum, Sacræ Regiæ Majestatis, quæ, haud obscuris sed clarissimis, et alienum significatum haud, recipientibus Verbis concepta sunt, v in unica voce sibi arrogasse, vel ullo quodam facto ijs abusos esse, quin potius illis

uti Iuri conformibus,/ qualia quemvis recte sentientem, et libertates immunitates ac prærogativas suas, non ultra debitam orbitam, et Sphæram extendentem, nec ad inhibendas aliorum opiniones, et proclivem Suggestionem, dicta Rescripta agnoscere oportet:/ prouti ea sonant, ad literam obsequij studuisse. Incongrue Gñus Subjudex Torok, ad proprias Illustrissimæ Suæ Excellentiæ literas provocat, quasi in ijs ex exemplum commissi, a Generosis Consiliarijs Regentibus, abusus Regior. Rescriptorum, allegatum esset, in eo qd nimirum hi aggerem Molendini Baucensis cujus Reparationem Responsum Anni 1746. ne verbo quidem concerneret, attamen in fundamento ejus, de facto extruissent, præter quam enim in Responso Generali Regio, pro Civitaatibus, jam omnia ipsarum Iura, et ex longinquissimorum temporum tranquilla Possessione, convaliditate Iurium utilitates stabilita erant, Sacra Regia Majestas, Speciali insuper Rescripto, indemnitati Civitatis Baucensis, ratione usus Molendini Baucense per plura retro prospexit Secula. –

Ad 2dum.

Gñus Torok adducit, quod in speciali recensione Gravaminum secundum obloquentiam adjuncti ejus, sub litera A. Rescriptum Regium, contra Violatores publicæ Tranquillitatis, ne verbo quidem esset mentionatum. At vero quid juvat id Rescriptum, non Nominetenus, vel specialiter in recensione Gravaminum expressum esse, cum absq ulla, unius vel alterius Rescripti exemptione, in genere gravamen primum Anni 1749. innuat, Rescripta ad id usq tempus, unilateraliter expertata, Occasionem dissensionum, et turbarum dederint, et expertationi illorum obviandum, nec ea attendenda esse, in numero istorum autem Rescriptorum, et illud contra Violatores Tranquillitatis publicæ exteti –

Ad 3tium.

Quamvis Stylus Generosorum Delegatorum, ex comitiolis Anni 1748. in Informationibus, et peculiari deductione in Curia Sacræ Regiæ Majestatis porrectis, post

reprehensionem et pollicitationem supra commemoratas magis temperatus sit, ac in gravaminibus anterius hic exhibitis erat. Nihilominus eandem amarulentiam, et obstinatam voluntatem Responsum et Rescripta S. R. Mttis subruendi et irrita reddendi, in pectoribus Generosi Mareschalci Capitanei, et cum eo facientium membrorum, Gnosi Ordinis Equestris resedisse, ex eo constat, quod eadem contentione, qua Superiori Anno 1748. postmodum in Comitiolis Anni 1749. in gravaminibus, primo et secundo saltem sub assumpto velamento interpretationis, a Gnosis Consiliarijs Regentibus, sibi arrogatae, et abusus eorundem Rescriptorum admissi, eadem Rescripta pro fomitibus, et materia internarum dissensionum, et turbarum venditaverunt, istorum exportationem cohiberi, et nullum effectum. v respectum, impetrati cujusdam Rescripti, a Consiliarijs Regentibus deberi efflagitaverint, ex ea saepe numero non sufficiente ratione, quod leges praesto sint ad quarum praescriptum contravenientes absq Rescriptis Regiis conveniri et puniri possent. Siquidem exigentibus ita Circumstantijs, ob effrenem quorundam hominum libidinem peccandi, publica salus exposcit, ut leges a suprema potestate, denuo inculcentur, et easdem transgrediendi licencia compescatur. Quam ob rem id pallium, quasi sola interpretatio cum abusu Rescriptorum Regiorum, istis gravaminibus ansam dederint, eo minus, supra indicatum propositum Rescripta Regia infirmandi, et vilipendendi obtegit, quo magis Responsum, pro Civitatibus, et ejusdem Declaratio, tanquam a tergo Ordinis Equestris obtenta, etiam in additamentis et explicationibus Gravaminum traducuntur, cum tamen ea aeque publice, ac praevia deliberatione Sacrae Regiae Majestatis, uti alia Responsa emanata sint. —

Ad 4tum.

Sufficit eadem, stricto calamo repetijsse, quae quoad Responsum, pro Civitatibus, et alia Rescripta superius deducta sunt. —

Ad 5tum

Injuriosa est insimulatio, Gnosis Consiliarijs Regentibus

intentata, ac si Criminalem actionem, contra memoriam Gsi Ordinis Equestris, ob duellum, in quo aliter Nobilis occisus est, sic in Causa criminis Notorij, et Manifesti, in quo juxta leges Patrias, absq Delatore Officio Fisci Ducalis procedere incumbit ex violenta injustitia instituerint, et aliis ex gratia actionis, in tali remiserint, et alios ex affectibus condemnent. Nullum enim exemplum, ejusmodi remissionis pœnæ gratiosæ, quispiam unquam docebit, nec et Condemnationem ex affectibus derivatam ostendet. Quicquid de legum desvetudine obumbratarum renovatione hic obtenditur, ad qm Consensus, Gnosi Ordinis Equestris necessarius sit, ad nihilum redit, cum leges semper loquantur, et istæ de duellis multifariam iam renovatæ sunt, et si quæ forte duella impunita manserunt, juxta Iura Ducatuum, deficiente Delatore et Notorietate delicti, quæ in casu nostro alterius Manifesta, fingi non potest, Officium Fisci, actionem suam fundare et probare non potuit. —

Ad 6tum.

Num Generosus Marecschalcus Comitiolorum Anni 1749. et ejus Assecla, an vero Gnosi Consiliarij Regentes in Causa dissolutorum Comitiolorum sint, rebus sic stantibus, dum hi omnia, quæ salvis suis conscientijs, et Iuramentis Gnoso: Ordini Equestri, concedere potuerunt, libenter ijs concesserunt, Illustrissimæ suæ Excellentiæ, limatissimo Iudicio relinquitur. —

Ad 7mum

Amplicatio Exempli, de Anno 1684. ad Actum Unionis sic dictæ, vel confœderationis, Gnosi prædicti Mareschalci cum suis assectis, nulla tenus quadrat, eo attento, quod tum quidam, Districtus, solummodo, contra dismembrationem Actus homagialis, Celsissimo olim Principi Duci Friderico Casimiro præstiti, antequam ipsi, idem homagium præstare vellent, ptestati sunt, et brevi post, per laudum publicum ejusdem Anni, re integra, Protestationi suæ, facto ipso renuntiarunt, et homagium similiter præstiterunt. Tale vero portentum unionis, sive confœderationis contra Consiliarios Regentes

injuriosa, nunquam in Curlandia apparuit, et Providentia ac Sapientia S. R. Majestatis, præcavebitur, ne unquam post hæc apparere possit. —
Frustra etiam allegatur, ac si Deputati, ex Undecim Districtibus suo recessu, ab isto Confœderationis Actu, eum in suo robore relinquerint, quia a quibusdam illorum dissensus, a tali Comitiolorum dissolutione, et Acta mediantibus Protestationibus, coram Actis judicialibus, interpositis manifestatus est. —
Interim crepent ipsi G. G. confœderati verbis suis devotissimum erga Sacram Regiam Majestatem Respectum, fidelitatem et obedientiam legum, et libertatum Custodiam, constantiam in assertione honoris, et immunitatum, vita ipsa chariori, per Gnosos Consiliarios Regentes, licet, modo ne facta, loquantur contrarium, præsupponant etiam reconciliationem cum Consiliariis Regentibus, non nisi præstita ab his insigni satisfactione, locum invenire non posse, quia hæc ab ipsorum beneplacito, non dependebit, blandiantur porro sibi abhinc decennio proximo multa delicta Status, a Consiliariis Regentibus magni momenti admissa esse, ad quæ Sacra Regia Majestas, ex uberrima sua Clementia connivent. Suas autem supplices preces, semper ab ea exauditas esse, indeque de Justitia Regia, plenissime confidere, eo certiori fiducia, quo magis Consiliarii Regentes, tempore gratiis ad elusionem legum, et oppressionem Nobilitatis sint abusi. —

Dolent quidem Generosi Consiliarii Regentes sortem suam, quod in ea tempora, inciderit, in quibus malis ex improviso ingruentibus, occurrere remediis præsentissimis, supra humanas ipsorum fuerit vires, et in suo studio publicam salutem, libertatis Gnosi Ordinis Equestris, et jura omnium hujus Provinciæ Incolarum, conservandi, injuriis acerbissimis, sint obnoxii, Consolatur tamen eos Consumatissima ipsa Sacra Regia Majestatis justitia, quæ simulatum, et fictum a vero, rectum abiniquo, libertatem à licentia discernere sapientissime novit, et nihilo secius parati sunt ad resipiscentiam —

Gnorum Unitorum, ex Amore Patriæ, Pacis, ac Concordiæ injurias publicè sibi illatas condonare; modo insultûs in Summam Authoritatem S. R. Majestatis, per gravamina indebita, facti reparentur, et Contumeliosa Scripta ex Actis publicis removeantur, et eliminentur. —

Copia Literarum Responsorialium Gnoso Alexandro Magno de Torck Subjudici Terrestri Tuckumensi, ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario Konscijs die 13. Aprilis 1750. Scriptarum. —

Generose Domine etc.

Matura Consideratione pervolveram rationes, et argumenta, quæ in literis meis 14. elapsi Xbris. Scriptis continentur, at vero nulla supersit, Gnosæ Dominationis Vestræ, ocasio dubitandi de ingenuitate Sensuum meorum contra Compositionem Unionis, quæ in præjudicium Generosæ Nobilitatis verteretur, brevibus repetam prædictarum literarum mearum contenta, quas publicas fieri demandavi, ut tota Gnosa Nobilitas intelligeret mentem meam, ad Conservationem Jurium Generosæ Nobilitatis, non ad nutrimentum involutionum tendere, utque omnibus pate fieret, Responsa Declarationes, et Rescripta Regia, nec in minimum contraria esse Juribus Prærogativis, et Privilegijs Gæ Nobilitatis. Illud igitur repetam, Rescripta, Responsa et Declarationes quæ in Comitijs Annorum 1746. et 1748. emanarunt, non fuisse, unilateraliter exportata, nec ad sinistram informationem Cancellariæ. Civitates enim palam, et publice petita, et gravamina sua Sacræ Regiæ Majestati exposuerunt, juxta quæ Regium Responsum Anno 1746. datum est, et Declaratio adjuncta fuit Responsi a Gnosis Delegatis 1748. et exportata Rescripta nec Verbum contra leges continent, nec per hoc qd conformia sint legibus superflua dici possunt. Abusus enim semper oriunte contra leges, quorum vis successu temporis debilitatur, potius quam augeatur, nisi novus vigor detur Observantiæ, earundem, per eos, ad quos

spectat. Testatur ad Gravamen 5tum, in Manifestatio-
ne Gnosi de Grotthuss, expositum his verbis nempe: quod
lex sup duella sancita, in desvetudinem venerit, quod
inefficax a multo tempore, et quasi mortua sit. —
Et propterea, quia Sacra Regia Majestas, expresse
demandavit observantiam dictae legis, contra Duella insti-
tutum est, exinde gravamen contra Regimen, non per
Gnosum Ordinem Equestrem, qui pro Patria, pro gloria,
et honore, semper strenue se gessit, et a pietate erga
leges Dei, et submissione erga Regem nunquam declina-
vit, sed potius fervori inconsiderato nonnullorum, id attri-
buere est. — Rescriptum contra Prorogationem Conventus
publici, de uno Termino, ad alium, exportandi data per
eosdem occasio fuit, qui in praesens illud impugnare prae-
sumunt, Nisi violentiae subsecutae fuissent, Thelonea de-
fraudata, alijq graves abusus introducti, necessaria
non fuissent Rescripta, ad renovandam, legum observan-
tiam, contra illos igitur instituenda gravamina forent, qui
violenter se gerendo contra Leges Rescriptorum causa
fuerunt. Per haec autem, nihil est statutum contra leges,
nec legibus additum, sed ipsaemet leges, jam statutae, in
vigore positae fuerunt. —
Relationes ad extensum leguntur in uno quoq Rescripto,
in quorum fundamento expedita sunt, nullam proinde
patiuntur interpretationem unilateralis, aut sinistrae ex-
portatis. Quo ad Responsum Regium Civitatibus conces-
sum, in puncto demandatae constructionis Molendini Bau-
sensis asserit Gnosa Dominatio Vra. qd Gsa. Nobilitas non
conquerebatur, sed tra praetensam injustam interpretatio-
nem, et usum illius, propterea, quia Regimen agge-
ravit Fluvium Memel, licet de aggeratione Fluvij,
nullus Sermo, in dicto Responso fuisset. Patet tamen
gravamen hoc, nullum habere fundamentum. Cum enim
voluerit conservari, Civitatem Bauscensem, Sacra Regia
Majestas, circa antiquum Molendini usum, nihil ra-
tioni conformius erat, quam ut Regimen aggerem faceret,
sine quo nullus fuisset Usus Molendini. —
Agger vero quoniam taliter factus est, ut praepediret libe-
ram navigationem demandavit S. R. Majestas,

fieri aperturam, talem tamen, quæ non tollet, Usum Molendini, et defluitationem impediat. —

Nihil superat igitur, nisi ut per expertos inquireretur, qualiter Molendinum conservari potuisset, et apertura fieri in Agere, pro defluitatione Appertura facta, interea fuit, et nescio quare istud denuo, pro gravamine sit expressum, nec video quomodo Vestra Dominatio putet aboleri posse, similia gravamina. —

Provocat eadem, ad Declarationem Regiam, quod Rescripta et Responsa non possint præjudicare Juribus Ducatuum sed nec Vestra Dominatio, nec Gnosi de Grotthus, de Heycking, et Schopping anteriores Mareschalus Plenipotentiarius, et Deputati Gnosæ Nobilitatis, in Statu fuerant, nec sunt, probandi, quod minimum quidqm sit in dictis Rescriptis et Responso contrarium legibus Curlandiæ. Regerunt modo Regimen abusum esse. Rescriptis et Responso, sed in quo puncto, et quomodo, non demonstrant, nisi quod Aggerem fecit Bauscensem, et Citationem contra Duellantes admisit. —

Hæc autem gravamina non sunt, sed prætextus fuit dissolvendi Conventum Publicum, et constituendi Compositionem Unionis ad continuandum sibi dispositionem negotiorum, Generosæ Nobilitatis, et ad usurpationem prærogativarum, Titulo Gravaminum imaginarie adinventorum.

Sed spero postqm rationes, et argumenta in præcedentibus literis meis, contenta sub oculos venerint. Gnosæ Nobilitatis in alijs met Districtibus, unde Deputati Unioni præfatæ, sive Confœderationi acquieverunt, qd datum Consensum revocabunt, unionemq eandem procul Juribus publicæ Tranquillitati et Regiæ submissione contrariam annihilabunt. Quod me, omnibus Districtibus cognitum facere debeo, Compositionem illam Unionis, rem admodum periculosam esse, uti Juribus Patriæ, et vero, in Regem Dominumq Directum Devotioni contrariam. —

Quousq vixero, invigilabo Conservationi Jurium Gnosæ Nobilitatis et abolitioni gravaminum, quæ legitima erunt et Gnosæ Dominationi Vestræ, ideo hæc exoro, ut animum suum intaminatum illudi ab alijs non patiatur. —

Rationes quas in meis Literis allegavi, et quibus Gnosa Dominatio Vestra non respondet, nisi per verba generalia

sunt plus, quam sufficientes pro Convictione omnium eorum, qui tranquillitati student bono publico, et publicæ utilitati atq; spero postqm in Districtibus cognita facta sint, Gnosam Nobilitatem, necessarijs Instructionibus munituram esse, Deputatos suos pro insinuandis ad Thronum Regium desiderijs suis, quos omni tempore, Ministerio meo tuebor, tanquam qui omnia prospera et fausta, a Deo Optimo Maximo Gnosæ Nobilitati, Animitus apprecor ect: ect.

Literæ a Mgcis Supremis Consiliarijs, Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ ad Illmũm Supremum Regni Cancellarium, in negotio Iuris Patronatus, Mitaviæ, Die 1ma Maj 1750. scriptæ. —

Illustrissime etc.

Cum Iurata Nostra Fides Conscientiarumq; dictamen sollicitam attentionem a Nobis exigant, ut penes Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum subjectissimis Supplicationibus Nostris, in antecessum allaboremus, ne Iura quævis Ducalia durante potissimum Illustrissimi Domini Ducis luctuosa absentia, infractionem, vel minimam patiantur non possumus, non quin etiam pro conservando eidem Iure Patronatus, in Ecclesijs Catholicis, horum Ducatuum, a Domo Ducali, intra fundos suos, in Civitatibus fundatis, et dotatis, per pacta solemnia munito, nec contrarijs quadam exemplo enervando, vel labefactando Supplicibus Literis, Sacram Regiam Majestatem imploremus. Illustrissimam autem Excellentiam Vestram, has Nostras humillimas preces, quarum libellum Sacræ Regiæ Majestati exhibendum, una cum Projecto Rescripti, ab eadem impetrandi annectimus gratiosissimè promoturam, et juxta accuratissimum suum Legum et Pactorum publicorum Custodiam, nulli ejusdem Iuris Patronatus derogationi, per exemplum quoddam Contrarium locum daturum esse, qd facillime quippe in consequentiam abiret, indubie æque confidimus, ac debita Reverentia obsecramus, omne nostrum obsequium vicissim indefessumq;

Cultum spondentes. Illustrissime, et Excellentissime Dñe Supreme Regni Cancellarie, Dñe Gratiosissime. –

Illustrissimæ Vræ Excellentiæ
Humillimi Obedientissimi Servitores.

H. C. Finck de Finckenstein Cancellarius. –
Otto Christophorus, ab Howen Oberburgrabe.
Henricus Christianus ab Offenberg Land Mareschalcus.

Literæ ab ijsdem ad Sacram Regiam Majestatem in eadem Materia Scriptæ die 1mâ Maj 1750. Mitaviæ. –

Summam Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Clementiam, et attentissimam Curam, qua durante per tantum temporis tractum, infausta Illmi Dñi Ducis Sorte indemnitati Iurium ipsius prospicere dignata est, uti tacitis mentibus continuo veneramur, sic et supplici Voce, ac Scripto devotissime recolimus. Inter hæc Ducalia Iura illud non minimi est momenti, quo vigore Patronatus Ecclesiarum Catholicarum, a Domo Ducali in suis fundis, ac Civitatibus, secundum Pacta fundatis, et dotatis, vocantibus Officijs Sacerdotalibus, alias idoneas, et sibi probatas personas, ab Munera Sacra obeunda Nominat, præsentat, et Confirmationem illorum impetrat. Plurimum enim quieti publicæ horum Ducatuum expedit, ut Viri modestiæ, et probitatis cognitæ et perspectæ, nec non a præfervido Zelo, ac motu contra Augustanam Confessionem abstinentes, Ecclesijs Catholicis, præficiantur, qui Ius Patronatus Ducale, sincere recognoscant. Quemadmodum itaq hoc pactis, en investituris Ducalibus præcautum Ius Patronatus Sacræ Regiæ Majestatis Vræ Domini Nostri Clementissimi, non minus ac Serenissimorum ejusdem Prædecessorum beneficio, salvum, et intemeratum, ultra sæculum remansit, pari etiam ratione, ut id porro, ac in futurum Illmo Duci, et in casu ejusdem absentiæ Regimini integrum, et intactum perstet, nec forsan ad importunam ullius ingestionem et commendationem contrarium admittatur exemplum, Sacram Regiam Majestatem Vestram Dominum Nostrum Clementissimum subjectissimis precibus, ex Debito jurato

Nostræ fidei, quo ad antevertendam quamcunq Iurium Ducalium imminutionem, adstricti sumus, imploramus, et Supplicamus, Sempiterni Obsequij, demisso cultu perseverans Serenissime et Potentissime Rex Clementissime Rex et Domine

Sacræ Regiæ Majestatis.
Subjectissimi Fidelissimi.
H. C. Finck, de Finckenstein Cancellarius.
Otto Christophorus ab Howen Oberburgrabe.
Heinricus Christianus ab Offenberg.
Land Mareschalcus. —

Rescriptum Sacræ Regiæ Majestatis quo Ius Patronatus Præsentans ad Ecclesias Catholicas Parochorum, ac ab Episcopo Livoniæ approbandorum, observari injungitur Regiaq Authoritate manutenetur. —

Augustus etc.

Significamus præsentibus, et ad Notitiam omnium quorum interest deducimus competere Illmis in Livoniæ Curlandiæ et Semigalliæ Ducibus, Ius Patronatus, in Eclesijs Catholicis per Ipsos in fundis, ac Civitatibus suis, extructis et dotatis secundum obloquentium Pactorum Solenneum, Sacri Canonici Iuris præscriptum, continuumq inde a fundatione istarum Ecclesiarum Exercitium, ita, ut quoties Munus Sacerdotale in ijs vacaverit, et ad conferendum sit, Illmis Ducibus Vir Catholicus ad id Officium subeundum, idoneus Nominetur, præsentetur, Isq præsentatus, et non alius, a Reverendo in Christo Patre Episcopo, qui nunc Livoniæ est, approbetur, et confirmetur, Indeq Nobis a Gnosis Consiliarijs Regentibus Supremis, Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ supplicatum esse, ut omnem derogationem legitimi istius Patronatus, Iuris attentatam modo quocunq vel attentandam Regia Nostra Authoritate antevertere dignaremur, Cum itaq Nos pro Nostro justitiæ amore, omnium et Singulorum Iura salva et illæsa esse velimus. Sic nolentes

per quempiam quovis modo derogari, Iuribus Moderni Illustrissimi Curlandiæ Ducis Vassali et Principis Nostri Feudatarij Nobis Dilectissimi, Ius Patronatus quod ipsi competit, vel competere adinvenietur in præfatis Ecclesiis Catholicis, et eo absente supradictis Consiliaribus Regentibus, qui omnia Iura Ducalia administrant, intemeratum conservamus; injungendo ut et ipsi, quovis Casu collationis necessariæ Muneris Sacerdotalis in istis Ecclesijs virum vere Catholicum exploratæq; Pietatis Doctrinæ, morum, ac Innocentiæ nominent, ac præsentent. Hinc hocce Rescripto Nostro Regiaq; Authoritate statuimus, ut nemo in præjudicium, et diminutionem Ducalis istius Patronatus Iuris, quid piam moliri præsumat, sub talis Actus nullitate. Insuperq; sancimus ut non nisi Ij, qui, ab Illustrissimo Duce, aut eo absente, a Consiliarijs Regentibus, Nominatus et præsentatus fuerit approbetur, et ad Officium gerendum admittatur. In quorum Fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillis Regni et Magni Ducatus Lithvaniæ, communiri jussimus. Varsaviæ Die XXX Mensis Iunij Aº Dñi MDCCL. Regni vero Nostri XVII.

Rescriptum Monitorium ad Gnosos Kosciuszki Conges, quatenus a Violentijs in Negotio Bonorum Tockenhoff Domus Ducalis Curlandiæ attentatis, se se abstineant. —

Generosis Nicolao Capitaneo Kosciuszko, et Annæ de Umiastowska Conjugibus Bonorum Zagory hæreditarijs Possessoribus fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. Gnosi fideliter Nobis dilecti. Relatum Nobis est per certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro assidentes, Nomine et pro parte Generosorum Consiliariorum Regentium Supremorum in Ducatibus Curlandiæ et Semigalliæ, Quomodo Fidelitates Vestræ non observata litis, pendentia non attentisq; Mandatis Nostris, quibus mediantibus ulteriores Invasiones et violentias, in bonis Tockenhoff, Domus Ducalis Curlandiæ atq; Sylvis et Granicibus Fidelitatibus Vestris lege suadente, et justitia interdixeramus, De novo in Sylvas, eorundemmet bonorum Ducalium

Congregatis hominibus Onethonibus et Operarijs ex bonis Vestris Parocho Szagorensi attributis, irrumpere ausi fuerint, multasq arbores excidi, et detruncari, Custodemq Sylvarum circa ejusmodi devastationem, se se opponentem, crudeliter plagis Officii fecerunt. Quæ violenta attentata cum legem, et securitatem lædant, Authoritatemq Nostrorum Mandatorum convellant, ea propter, ne plures et majores extremitates exerceantur ex Clementia et Benignitate Nostra Regia adhuc Fidelitates Vestras præmonendas esse duximus, præmonemusq, præsentibus Literis Nostris, præcipiendo ut Rescripta Nostra et ultimarium singulariter ex Cancellaria Regni, Die 11. Mensis Augusti Anno M.D.C.C.X.L.I.X. emanatum, in toto, et in nimima parte observent, et observare curent, Damnaq in Sylvis, recenter Causata refundant, neq limites supra specificatorum bonorum a Domo Ducali pacifici plus quam a Seculo Possessor transgredi. Lustrationemq Finium a Nostris Commissarijs, pro parte Domus Ducalis, Secundum anteriora Rescripta Nostra peragendam, quovis modo impedire præsumant imo, ab omni offensione, læsione, et abductione Subditorum Domus Ducalis abstineant, Decisionemq Causæ Principalis, in Judicijs Relationum Nostrorum, propriarum, tranquille, et quiete expectent, de quo Fidelitates Vestras serio præmonitas esse volumus, mandando, ut præmissa omnia, sub pœnis, in Convulsores, et transgressores Mandatorum Nostrorum sanctis, observent. In quorum fidem, præsentes manu Nostra Regia subscriptas Sigillis Regni et Magni Ducatus Lithvaniæ, communiri jussimus, Datum Varsaviæ Die XXX Mensis Junij Anno Dñi. M.D.C.C.L. Regni vero Nostri XVII. —

Rescriptum ad Gnosos Consiliarios ac Judices Trræs Districtus Piltinensis, quo Electio Gnosi Joannis Diecerici Behr in Munus Consiliarij Terrestris ejusdem Districtus Confirmatur. —

Generosis Consiliarijs, ac Judicibus Terrestribus, Districtus Piltinensis Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ

Fideliter Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Generosi Fideliter Nobis Dilecti. Cum ex Relatione certorum Consiliariorum, lateri Nostro assidentium, Notum sit nobis Gnosum Joannem Diedericum Behr, bonorum Ugahlen hæredem, more solito, ac usitata praxi, pro accelerando Cursu Justitiæ, in Consiliarium Trrem, Districtus Piltinensis, legitime secundum instituta legum Patriarum electum fuisse, exindeq supplicatum sit Nobis, ut hunce Electionis Actum favore dicti Gnosi Behr, sub secutum Authoritate Nostra Regia, approbare et confirmare dignaremur. Nos ejusmodi Supplicationi annuendo Eundem Supradictæ Electionis Actum approbandum, et Confirmandum esse duximus prout de Suprema Potestate Nostra Regia approbamus et confirmamus Ipsumq Gnosum Behr circa Munus Consiliarij Terrestris Districtus Piltenensis, omnesq Prærogativas et Immunitates hocce Munus, de Lege concernentes, Conservamus et Manutenemus, ac ab omnibus conservari, et Manutineri volumus. Pro Gratia Nostra. In quorum Fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillis Regni et Magni Ducatus Lithvaniæ communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXX Mensis Junij Anno Dni M.D.C.C.L. Regni vero Nostri XVII

Rescriptum ad Gnosos Consiliarios, Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ, pro Parte Successorum Schröederovianorum et Fabricianorum super Summis deservitæ Mercedis, ex Proventibus Cameræ Ducalis exolvendis.

Augustus etc.

Generosis Consiliarijs Supremis Regentibus Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ fideliter Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam, Generosi Fideliter Nobis Dilecti accepimus ex Relatione Consiliariorum certorum lateri Nostro assidentium, qualiter Nobiles olim Joannes Fridericus Schröeder, et Fridericus Fabricius, Camerales Ducales, pro deservita mercede, videlicet Schröeder Summam Quinque Millium Sexcentorum Sexaginta Novem florenorum, et viginti septem et medij Grossorum Albertinorum, Fabricius vero Summam Quinque Millium Quinquagentorum

Quinquagentorum Nonaginta duorum florenorum gros-
sorum viginti septem et medij Albertinorum, testantibus
Calculationibus Originalibus, a Camera Ducali extra-
ditis, et Sigillis Ducalibus munitis protendendam ha-
buerit, Quarum Summarum exolutionem, neq Ipsi, neq
hæredes illorum, huc usq intervenientibus, tot temporum,
ac negotiorum publicorum, viciβitudinibus impetrare
potuerunt, Supplicatum itaq Nobis est, Nomine et pro
parte hæredum supra nominatorum Schöders, et Fabri-
cij, quatenus Rationem Justitiæ Clementiβime habere
et protensionis hujus exolutionem, Fidelitatibus Vestris
demandare dignaremur. Cui Supplicationi, uti justitiæ
omnino Conformi, Nos benigne annuentes, Fidelitatibus
Vestris mandamus, quatenus, ad primam præsentium
Literarum Nostrarum, et Calculationum præmemorata-
rum exhibitionem summas hæredibus Schröeders, et
Fabricij ipsis debitas, quam primum in certis Terminis,
intra Annum ex proventibus Cameræ Ducalis faciant
exsolvi, de usuris vero, a præfatis Summis componant.
Facturæ sunt præmissa Fidelitates Vestræ pro Gratia No-
stra et Officiorum suorum debito. Datum Varsaviæ
Die XXI Augusti Anno Domini 1750.mo. Regni vero
Nostri 17mo. —

Literæ ad Mgcos. et Gnosis Consiliarios, atq to-
tum Ordinem Equestrem Ducatuum Curlan-
diæ et Semigalliæ in Negotio Celsiβimi Ducis
Ernesti, ab Illmo Supremo Regni Cancella-
rio, Varsaviæ die 30. Maj 1750. scriptæ. —

Magnifici et Generosi Domini Amici Honorandiβimi

Quoniam Sacra Regia Majestas Dominus meus
Clementiβimus per Universales Literas suas, pate fe-
cit Mentem Regiam, ne in Conventu Generali proximo
Extra Ordinario, pro 4ta Augusti indicto, de alia agatur
materia nisi de modis justitiæ restaurandæ in Subsellijs
Judiciarijs Regni, et Magni Ducatus Lithvaniæ per diver-
sos abusus labefactatæ. Id circo spes Nobis defuit alio-
rum negotiorum, eo tempore pertractandorum. —
Visum quo propter est, Celsiβimo Primati Senatoribus

Laterí Regio assidentibus. Nobisq Ministris remitti non posse ad Conventum Generalem interesse Celsissimi Ducis Ernesti, cujus absentia Ducatus Curlandiæ et Semigalliæ tantopere affliguntur. Et porrigendum esse duximus, Memoriale Sacræ Regiæ Majestati representando propensum, iam Sacræ Impliis Majestatis Russorum animum, ad concedendam Celsissimo Duci, liberum in Curlandiam reditum, facilius adhuc flecti posse, per Officia efficacissima Sacræ Regiæ Majestatis, juxta quas Fidelium Consiliariorum suorum Instantias Sacra Regia Majestas, Requisitoriales ad imperialem Aulam Litteras illico, pro Ducis libertate expediendas duxit, tempus, qua propter adest, ut et Magnificiæ, atq Generosæ Dominationis Vestræ suam pariter ergo Celsissimum Ducem Ernestum devotionem contestentur, Occasione Conventus Ante Comitialis. —

Et quemadmodum Sacra Regia Majestas animo gratissimo, profatum Memoriale excepit, id argumento esse debet, Magnificiis et Generosis Dominationibus Vestris, quod gratos pariter habitura erit, eos passus, quos eodem intuitu Magnificiæ et Gnosæ Dominationes Vestræ non facturæ erant Pactis Subjectionis, et Formulæ Regiminis conformes, et juxta debitam tam Supremo directo Domino quam utili obedientiam et fidelitatem. Quos qualiter efficaciores facere possint, prudentiæ Magnificarum et Generosarum Dominationum Vestrarum relinquo, et amori eisdem innato Patriæ utilitatis, tranquillitatis, libertatis et Pærogativarum, a Deo Ter Optimo Maximo, animitus apprecans, Magnificiis et Generosis Dominationibus Vestris prosperum faustumq in rebus eventum. —

Memoire donné au Roi pour le retablissement du Duc de Courlande par le Primas du Royaume, ce 27. May 1750. expedie, ce 2 Juin par Lettre du Roy, a l'Imperatrice. —

Sire.

Les plaintes, qui viennent frequemment à Votre Majesté, du peu d'Ordre, et d'union, qui subsistent en Courlande malgré les très justes, et tres sages dispositions, que Votre Majesté y fait, rapellent chaque fois a sa

Clemence Royale, que l'absence du Duc est la Cause principale des malheurs, qui affligent cette Province. Les differentes idées que la plus part des Habitans se forment, du sort de ce païs, par l'interet, qu'ils suposent que l'on aura au dehors, de profiter de sa Situation indecise, mettent au dedans, la Confusion, dans les Esprits, et dans toute chose. Votre Majesté dont l'amour Paternel s'étand également, sour tous les Etats, et Peuples, que Dieu à Confié à son gouvernement. n'a pas manqué d'aporter, tous les remedes possibles, aux maux qui desolent la Courlande. Mais ils sont tous restes, sans effet, parce que les bons Offices employes, et si souvent reiteres pour le retablissement du Duc, comme feudataire de la Republique n'ont point eu le succès desiré. Aujourd'hui que Sa Majesté l'Imperatrice glorieusement regnante par son equité, et clemence naturelle, a bien voulu adoucir la situation, du Duc tellement qu'à la Condition de Prince il n'y manque qu'une entiere liberté il est a esperer, plus que jamais, que la magnanimité de Sa Majesté Imp. ne luy permettra pas de laisser, sa grace imparfaite sa generosité nous doit, au contraire assurer que le refus, qu'elle fait encore, au Duc, de son relachement n'à d'autre raison, que une Satisfaction particuliere, que Sa Majeste Imp. veuille avoit de ne l'accorder, qu'à l'amitiée de Votre Majesté, et de la Republique c'est, pourquoi, Sire, qu'a l'arrivée de Votre Majesté dans son Royaume, Nous ses fidels Senateurs et Ministres, prenons la liberté, de lui representer, la triste Situation des Duchés de Courlande, et de Semigalle, l'embarras dont la Republique est menacée et la necessité qu'il y a du retablissement, du Duc de meme que les favorables dispositions de Sa Majesté Imp. de le relacher et supplions tres humblement Votre Majesté de permettre, que nos prieres, pour le relachement. de ce Prince accompagnent a la Cour de Sa Majesté Imp. les bons Offices, et demarches, si souvent reiterées, que la Sagesse de Votre Majesté luy dictera de faires aupres de sa Dite Majesté Imp. conformement a la bonne, harmonie, Amitiée, et intelligence.

intelligence qui subsistent heureusement entre Elle, Votre Majesté et la Republique. —

Literæ a Magnificis Supremis Consiliarijs quibus Sacræ Regiæ Majestati, atq Ministerio, agunt Gratias pro Cura et Sollicitudine intuitu reintegrandæ Salutis Publicæ in Ducatibus Curlandiæ ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium die 11ma Junij Anno 1750. scriptæ. —

Illustrissime etc.

Nulla unquam dicendi et scribendi facultas sufficere potuit, vel incomparabili, Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri longe Clementissimi benignitati, quæ Supremi sui Senatus et Ministerij, exquisitissima Consilia et Vota de impetranda penes Imperialem Russiæ Majestatem plenaria libertate Celsissimi horum Ducatuum Ducis Vasalli, et Fiduciarij sui Principis, et reintegranda sic harum terrarum tranquillitate et Salute publica, pronis Auribus excipere, promptissimeq exequi dignata est, vel Celsissimi Domini Primatis Regni ac Reverendissimorum Illustrissimorum et Excellentissimorum Dominorum Senatorum et Ministrorum Status attentioni accuratissimæ ad levanda horum Ducatuum, sicuti reliquorum Regni, Dominiorum et Provinciarum mala et tollendos metus internos, Suspiciones, ac Collisiones justis ac dignis Verborum Elogijs colendis, ac deprædicandis. Liceat solummodo ea defixis, in unica ista cogitatione, mentibus admirari, eorundem memoriam posteritati ultimæ Commendare, et quanta Subjectione gratiarum devotissimi agendarum, Officio defungendum sit meditari. Nos quos Illustrissima Vestra Excellentia, una cum Gnoso Ordine Equestri, rerum adeo gloriose gestarum suis literis gratiosissimis, certiores reddere voluit, non cessavimus eas illico Generosæ Nobilitati, in omnibus ac singulis Districtibus communicare, et per adjunctas Nostras insinuare, ut in

Conventibus ante Comitialibus Nuntios suos, ad instantiam horum Ducatuum die trigesima hujus Mensis fluentis Comitiola, in omnibus, quæ debita Sacræ Regiæ Majestati Domino Nostro Clementissimo obsequia subjectissima exposcunt, ad mentem et præsemptum Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ expediendis, plenissime instruat. Interim, dum Illmæ Excellentiæ Vestræ saratam gratissimam operam, pro eliberando Celsissimo Duce Nostro, pro parte Nostra gratias quantas possumus maximas, humillime in antecessum exhibemus, Sacræ etiam Regiæ Majestati Domino Nostro Clementissimo Subjectissimas Nostras Grates prolinus Supplices deferremus, ni metuendum Nobis esset, id hic locorum, ita acceptum iri, ac si Nobis animus esset, Gnoso Ordinis Equestris occasionem eidem Regiæ Majestati conjunctim Nobiscum devotissimam fidelitatem ac obedientiam, contestandi præscindere. Gratiosissimus autem Effectus, quem Illustrissima Vestra Excellentia erga Nos fovet, addit Nobis fiduciam. Eandem Regi ac Domino Nostro Clementissimo enixissimam Voluntatem Nostram, quovis momenta subjectissima Nostra Obsequia præstandi repræsentaturam esse, persvasumque sibi habere, Nos ex intimis Pectoris medullis, cum perpetua Veneratione esse.

Illmo ac Excellentissime Dne Supreme Regni Cancellarie, Domine Gratiosissime.—

Illustrissimæ Vræ Excellentiæ

Humillimos Obedientissimos Servitores.—

Literæ ad Mgcum Finck Ducatuum Curlandiæ Cancellarium ad Illmo Supremo Regni Cancellario die 19. Junij 1750. scriptæ.—

Monsieur

Par ma lettre du 30. de May j'ai l'honneur d'informer la Regence et la Noblesse de la maniere, que S. M. avoit reçu gracieusement les represantions du Senat, et du Ministre, pour le relachement de S. A. le Duc Ernest et du Courier, que sa Dté

Majesté avoit expedié a Petersbourg pour engager par son haute amitiée aliance, et Puissanes Offices la generosité de S. M. Impte, en faveur de ce Prince. J'ay assure la Noblesse, le dessus, que toutes les marques d'attachement, et de fidelité qu'elle donneroit, au Duc en cette occasion, qui arrive, dans le tems, des Dittines, seroient agreables au Roy Connoissaits son Zele extreme, pour la Conservation de la forme du Gouvernement etablé en Courlande, par les Pactes, j'ai pensé qu'elle pourroit peutêtre nommer, qu'elle qu'une pour aller, a la Cour de Petersbourg, rendre a S. M. Imple les temoignages du Devouement legitime, de l'Ordre Equestre a son Duc. Je suis tres persvade, qu'elle ne manquera pas d'envoyer des Delleguez, pour remercier le Roy, des soins, qu'il prend, de la Courlande, et de la liberté du Duc.

Mais j'ai qu'elque Reflexions, a vous faire au sujet de la Deputation que l'on pourroit peutetre faire a Petersbourg c'est, que l'on prenne la precaution de former des Instructions, sur le sens du Memoire, que les Senateurs et Ministres ont donne au Roy Sçavoir que la Noblesse de Courlande ne pouvant aucunement douter n'y de l'efficace des bons Offices du Roy, et des Instances des Senateurs et Ministres, ni de l'acomplissement des graçieuses dispositions de S. M. Imple pour le relachement du Duc qu'elle faisoit paroitre par tant de marque de sa Clemence, envers lui jugeoit de son devoir d'en envoyer faire ses tres humbles remercimens a S. M. Imple, comme de la marque la plus distingue qu'elle pouvoit donner de sa bienveillance Imple. a toutes la Nation Courlandoise car si le Cas arrive, que l'on envoye qu'elle qu'une a Petersbourg, je ne suis point d'avis que l'on fasse mention dans ses Instructions, de prier S. M Imple pour le relachement du Duc, mais bien de temoignez le contement, que l'on auroit de le voir relacher. —

Je compte si fort, sur l'amitiée de S. M. Imple, envers

le Roy, et la Republique, que je tiens le Duc, pour de-
livre. Pensent par consequent, aux mesures qui sont
necessaires a prendre pour son retablissement dans
ses Duches, je trouve Votre voyage Monsieur ici
indispensable Votre presence, et Votre Compagnie
m'a toujours eté des plus agreables, j'ai toujours
trouvé beaucoup de Satisfaction, a traiter des af-
faires avec vous, mais si je vous aj desirer autre
fois, je trouve aujourdhuy tres necessaire que vous
vous rendiez à la Cour, au plutot, pour concerter
avec moy tous les arrangemens que S. M. pourra
trouver, les plus propres pour effacer certaines odio-
sites, qui ont suivi le malheur du Duc et pour affer-
mir dans ce Pais l'Ordre, la tranquillite, et l'union,
a fin, que j'aye un jour, pour recompense, de mes
fatigues, la Consolation de voir, une Noblesse, et un
pais que j'aime, et j'estime infiniment, jouir de toutes
ces prosperites, et felicites, que je lui souhaite de puis
long tems, sentiment dont je vous prie, d'etre persvade,
comme de ceux [illegible], vous de la plus parfaite Consi-
deration, avec la quelle je suis. –

P. S. Je dois ajouter, que j'ai fait aujourdhui les
remerciemens, de la Regence, au Roy, pour la grace que
S. M. a fait, au Duc de l'interresser aussi puissam-
ment, a son relachement, et S. M. à eu, tres agreables,
ces actes, de Votre reconnoissances, et de Messieurs
Vos Collegues. –

Responsum ad Literas precedentes Mitaviæ die 10. Julij 1750. datum. –

Illustrissime etc

Veneror Illustrissime Domine, intima mente, gratiam
et benignitatem Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, qm
ex literis die 19. Junij scriptis, satis superq cognovi,
fuerent mihi jucundissimæ, fuissent tamen jucundio-
res, si p eas, quem sibi Illustrissima Excellentia
Vestra proposuerat, finis obtinuii potuisset. Cum autem
nec anteriores Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ admoni-
tiones, nec ultimæ, ad totum Gnosum Ordinem Equestrem
factæ adhortationes, mentes per unionem confœderatas

movere potuerint, simile quid etiam his accidisset, si et occa=
sio prælegendi data fuisset, Quoniam vero nec eas monstrare
mihi contigit felicitas, dum ea pars Gnosæ Nobilitatis, quæ
præter unionem novissimam iam ante aliquot Annos, alio
adhuc vinculo Clandestino /: an legitimo, vel illegitimo, suo
tempore patescet :/ juncta est, Nos plane non adijt, sed
sua Consilia clanculum partim inter se, partim cum
alijs, contra decisiones condissonas, Anni 1727. semper
tamen absq Consiliarijs Supremis habuit, id adhuc habet.
Nihil mihi iam superest, nisi ut facta Patriæ meæ, et
eorum miseriam doleam, qui oculis præditi videre non pos=
sunt, nec volunt. - Generosus de Heuking, ut fertur
Authoritate Conventiculi præsentis, electus est, ut Nomine
Unitorum: / Confœderatorum tanquam Delegatus, Varsaviam
se Conferat Negotia ejus, et quæ ipsi Commissa sunt,
quoniam inter eos, omnia sub Sigillo Confessionis trac=
tantur, nuntiare quidem non possum. Erunt tamen ut opi=
nor injusta illegitima mala. Qua propter peto humillime,
et oro ut Illustrissima Vestra Excellentia, hos temerarios
ausus, et pruritum illum Confusionis, justitia et Sapi=
entia sua, ita, refrenet, ut nemo amplius in posterum hor=
renda hæc vestigia, persequi audeat, Authoritas Sacræ Re=
giæ Majestatis, utilitas publica Reipublicæ, Patriæ, Feudi
Domus Ducalis, nec non Leges, et hæc Iustitia ab Illmâ
Excellentia Vestra expectant, Ego autem opto, spero, rogo,
ad Cineres, usq cum Cultu sempiterno Magni nominis
manens. -
Illustrissime atq Excellentissime Dne Supreme Regni
Cancellarie Domine gratiosissime. -
Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ
Humillimus et Obedientissimus Servitor.
H. E. Finck de Finckenstein Cancellarius. -

Literæ Gnosorum Deputatorum XI Districtu=um Curlandicorum, ad Illustrissimum Supre=mum Regni Cancellarium in negotio Conventus Publici die 4. Julij 1750. Scriptæ.

Illustrissime etc.
Nisi satis iam perspicuum esset Illustrissimam
Excellentiam Vestram Salutem Ducatuum Curlandiæ
et Semigalliæ, Curæ, Cordique habere, id certe Literæ

Novissimo, ab Illmā Excellā Vestra, ad Generosos Consiliarios Supremos, Generosumq; Equestrem Ordinem horum Ducatuum dato, ad unum omnes docere possent. Quod enim Consilium Ducatibus hisce salubrius evenire potuisset, quam quod ad tollendas discordias Domesticas Statui publico perniciosas, et plerumq; funestas directum, quodq; ad recuperandum Principem Patriæ tendit. Hanc igitur Illustrissimæ Excellentiæ Vræ gratiam, propositum hocce magnanimum animo, et hilari, et demisso, magnopere veneramur, et omnis Nostra posteritas id idem Venerabitur. Equidem ꝑpter dissociatos adhuc multorum animos, et quod in Conventu nuperrimo Nomine Sacræ Regiæ Majestatis, a Gnōsis Consiliarijs Supremis indicto, in Sententiam illorum, qui ex pluralitate Votorum cum Gnōsis Supremis Consiliarijs Conventum publicum, agere noluerant, transire non potuimus, ingenti adhuc adficimur dolore, spem tamen concepimus, dissidium hocce deplorandum indefesso et gratiosissimo Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Studio, cum in modum aliquando compositum iri, ut publicæ Saluti, sicq; omnium ac singulorum consolatur, et Iura Privilegia, præeminentiæ, ac prærogativæ totius Nobilitatis salva, ac illæsa semper conserventur. Modus quo in Conventu hocce versati sumus, ex Statu Causæ vel Diario, a Nobis constat conscripto, et tamen Votis Generosi Ordinis Equestris, illorum Districtuum, a quibus ad Conventum hunc Deputati fuimus, proprijsq; Nostris Satisfaciamus Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ gratias, quantas animus concipere potest, agimus maximas, quod una cum alijs celsissimis et Illustrissimis Regni Senatoribus et Status Ministris, ad restaurandum Principem, ac Ducem Nostrum Celsissimum Ernestum Ioannem operam suam diligentissimè ac serio conferre dignata fuerit, utq; in Concilio suscepto gratiosissime permaneat, et Patriam Nostram ab imminenti miseria vindicare ulterius studeat, submisse et instantissime rogamus. Deus Ter Optimus Maximus Illustrissimam Excellentiam Vestram, ex optata semper Valetudine, et prosperitate, quanta cogitari potest summa beet, quo omnibus, ac singulis Nobisq; ad tantum Justitiæ Protectorem

liber semper pateat additus, qui omni cum Venerationis cultu permanemus. —

Illustrissime atq Excellme Domine Supreme Regi Cancellarie Domine Gratiosissime.

Illustrissime Excellentiæ Vestræ
Servitores Humillimi. —

Eberhardus ab Alten Bokum Deputat. Goldingensis et Hasenpot. —

Ernestus a Bruggen Deputat Grobinens. —

Volmanus Ferdinandus a Drathenfels. Deputat Ascherad et Nerftensis. —

Otto Ernestus a Medem. Deputatus Durbensis et Grandensis. —

Carolus Friedericus a Mirbach Deputatus Sessaviensis.

Christophorus Didericus Georgius a Medem Deputatus Grentzhoffiensis. —

Henricus Ernestus, à Pretenberg Deputatus Dimeburgensis, et Oberlaucensis. —

Literæ Supplices Eorundem XI Districtuum Deputatorum ad Sacram Regiam Majestatem in eadem materiâ scriptæ. —

Serenissime etc.

Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ summam pariter clementiam, ac Paternam Amorem, quo Ducatus Curlandiæ et Semigalliæ, prosecuta semper est, et adhuc prosequitur, ex plurimis iam iam Documentis comprobatum habemus, iam vero novo et insigni argumento idem comperimus, dum Sacra Regia Majestas Vestra rebus adversis, quæ Ducatus hosce, et inprimis Illustrissimum Ducem Ernestum Ioannem Vasallum ac Feudatarium Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Principem premunt, subsidio venire, Clementissime dignata est Subjectissima mente, et toto pectore Gratiam hanc Regiam deveneramur, ac immortalem Deum precamur, ut benignissime, atq justissimæ Sacræ Regiæ Majestatis

Vestræ Intentioni, nostrisq optatis respondeat. Non solum enim Officio hoc et pietati, erga Principem et Ducem Nostrum nos debere putamus, sed et Instructioni Nobis a Gnoso Ordine Equestri, istorum Districtuum, qui Nos ad Conventum Publicum nuperrime indictum deputaverunt, convenienter idem convenit imo vix alia ratione quam reditu Ducis, dissensus Animorum Gnosi Ordinis Equestris adhuc perdurans, et anxietas Patriæ impendens exinde desinet, et quo diutius discordia hæc perdurabit, eo majora timenda exinde sunt mala. –

Demississime itaq atq subjectissime Sacram Regiam Majestatem Vestram obsecramus, ut ulterius orbatis hisce Ducatibus Duci Illustrissimo, ejusq Ducali Familiæ auxilio venire, Clementissime dignetur atq Conservationem Jurium Privilegiorum, ac Prærogativarum Generosi Ordinis Equestris, omniumq ac singulorum ejusdem Membrorum commendatam sibi gratiosissime habeat. Nos usq ad Supremum halitum, rursus amitemur, ut intemerata fide, et obsequiorum humillimorum promptitudine, Nos exhibeamus, Serenissime, atq Potentissime Rex Rex ac Domine longe Clementissime Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ. –

Subjectissimi ac Fidelissimi

Eberhardus ab Alten Bokum Deputatus Goldingensis, et Hassenpotensis. –

Ernestus à Bruggen. Deput. Grobinensis. –

Wolmarus Ferdinandus a Drachenfels. Deputatus Ascheradens. et Nerftensis. –

Carolus Fridericus, a Mirbach Deputatus Selsaviensis

Otto Ernestus à Medem Deputatus Durbensis et Gramsdensis. –

Christophorus Didericus Georgius de Medem Deputatus Grentzhoffiensis

Henricus Ernestus, a Stettenberg. Deputatus Dunaburgens. et Oberlauscensis. –

Literæ

Literæ Mgcorum Supremorum Consiliariorum Ducatuum Curlandiæ ad Illmum Supremum Regni Cancellarium in negotio unionis seu potius Confœderationis, quorundam Civium Curlandicorum die 6. Julij 1750. scriptæ. —

Illustrissime etc

Quamvis Illustrissima Vestra Excellentia pro admirabili sua lenitate, Generosum Vilhelmum Alexandrum Magnum Torck prætensum Gnosi Ordinis Equestris horum Ducatuum Plenipotentem ejusq Constituentes Gnosos Capitaneum Doblenensem, Hermanum Fridericum a Grotthus Comitiorum anteriorum Mareschallum, et Deputatos Districtuum ipsi adstipulantes, binis Literis gratiosissimis, et vere Suasionibus Paternis, ad rectam revocare viam, ac ut Unioni, sive Confœderationi suæ, perniciosissimarum Sequelarum Matrici, mitterent repudium, e contra vero justissimorum Rescriptorum Sacræ Regiæ Majestatis, impugnatione abstinerent, et si quæ gravamina, mutuo nostro, et Gnosi Ordinis Equestris assensu componi non possent, ea Decisioni Sacræ Regiæ Majestatis, secundum Legum et Iurium exigentiam subijcerent, adhortari dignata est, qmvis etiam Nos per literas ex candidis et Patriam, nec non ejus Concives amantibus pectoribus emanatas, ac ad omnes, et singulos Districtus transmissas omnes suspicionum scrupulos, animis eorum evalere et Concordiam restaurare annisi sumus, neq tamen, vel Gnosus Subjudex Torck Nos lacessere, et Famam Nostram insimulationibus, atrocissimorum Criminum, arrodere desistit, vel universi Districtus, Generosi Ordinis Equestri ad Officium redire intendunt.

Quoniam enim Gnosum Subjudicem Torck concernit, Epistola ejus per integros Ducatus sparsa: (cujus transumptum, ex Germanico in latinum Idioma versum hisce Nostris humillimis annectere ausi sumus:) nihil aliud quam novas injurias ac obtrectationes continet, quasi Iura et Leges convelleremus

hostili in Patriam animo essemus, vi aperta Privilegia et prærogativas, Gsi Ordinis Equestris infringeremus aut dolosis artificiis circumveniremus, Civitates contra eundem concitaremus, honorem ejus profanaremus, et quæ ejusmodi farinæ, alia sunt eum in finem cumulata, ut omnium si fieri posset, etiam recti et æqui studiosorum Patriæ membrorum, mentes a Nobis abalienentur. Spes omnis boni profundatur, cunctorumq malorum metus, qui ad quævis extrema, adigere posset, incutiatur. —

Quantum vero reliquam Gnosam Nobilitatem in Districtibus attinet, licet Nos Comitia Ordinaria, secundum regiminis Formulam, quovis biennio habenda, sub summo Nomine, et Titulo Sacræ Regiæ Majestatis indixerimus, licet etiam Districtibus Universis, litteras gratiosissimas Illmæ Vestræ Excellentiæ, quibus de Interpositione Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi horum Ducatuum, Principis Ernesti Ioannis ad Aulam Imperialem Russiæ, facta Gnosum Ordinem Equestrem una cum nobis certiorem reddidit, et subjectissimi Officii fidelitatis et devotionis præstandi commune fecit, communicaverimus, licet quoq Gnosa Nobilitas in Districtibus Deputatos, ad obeunda Comitia elegerit, et instruxerit, qui hic convenientes, Gnosum Alexandrum Vilhelmum ab Heucking, Capitanei Majoris Seelburgensis Filium Mareschallum Comitiorum creaverunt, nihilominus ille creatus Mareschalus, et non pauci Gnosorum Deputatorum, à reliquis interpellati, ut pro more antiquissimo, et in debitum Sacræ Regiæ Majestati, cujus Nomine Comitia indicta essent, honorem nos adirent, et inde Comitia junctis Nobis exordirentur, vota desup colligenda esse, responderunt, et cum illi regererent, quod in re, tam certa Votorum collectione non indigeret, plane non dissimularent, sibi animum ad Nos accedendi, et nobiscum consuetandi

nulla tenus esse, sed in anteriori unione perstare. Unde isti Deputati rectioris Sententiæ, cum talia statim ab initio illegaliter attentari præsentirent, ab illis discesserunt. —

Quia itaq; talis transgressio legitimi Comitiorum tramitis, extrema quævis Patriæ minitatur, nec sic Confuso Statu eo devenire potest, ut junctim, cum Generoso Ordine Equestri, ea quæ Nobis incumbunt, expediamus. Hinc Sacræ Regiæ Majestati, uno supplici libello, ob Clementissimam ejusdem interpositionem, pro Illustrissimo Duce Nostro, gratias subjectissimas exhibemus, Eandemq; ut Restitutionem Vassali sui Principis plenariam gratiosissimi efficere dignetur, + imploramus, altero autem periculosissimum rerum in his Ducatibus faciem, pro Clementissima medela, quam humillime repræsentamus Illustrissimam Vestram Excellentiam, eo quo par animorum cultu observantes, ut Sacræ Regiæ Majestati istos porrigere, nobisq; gratiosissime Opem ferre velit, quo subjectissima nostra petita exaudiantur, Gnosus vero Subjudex Torck, ne id exemplum campum aperiat, Nos immeritos, Calumnijs et Convitijs impune proscindendi et lacerandi, a Gnosis Instigatoribus Regni, et Magni Ducatus Lithvaniæ coram Judicijs Relationum, Sacræ Regiæ Majestatis propriarum, ad delationem Nostram Actione competenti pulsetur. —

In singulari Illmæ Vræ Excellentiæ pro justitia Zelo, et propensissimo erga Nos affectu, confidimus, istam Nos gratiam impetraturas esse, et debita cum Veneratione ad tumbam usq; permanemus.

Illustrissime atq; Excellentissime Domine Cancellarie Regni Supreme Domine Gratiosissime

Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ,

Humillimi Obedientissimi Servitores.

Christophorus Fridericus a Sacken Landhoff Meister.

H. C. Finck de Finckenstein, Cancellarius

Otto Christophorus ab Howen Oberburgrabius. —

Henricus Christianus ab Offenberg. Land Marschallus. —

Literæ

Literæ Magcōrum Supremorum Consiliariorum Curlandiæ ad Sacram Regiam Majestatem, directæ notificando dissolutionem publici Conventus. —

Serenissime etc.

Etsi hac tenus speravimus, omnia et singula Gnōsi Ordinis Equestris horum Ducatuum membra, majori Concordiæ internæ, et tranquillitatis Conservandæ studio, quod Sacra Regia Vrā Majestas Suis Clementissimis Rescriptis et admonitionibus demandavit, Sententiam suam, isti fini non conformem mutatura et ulteriorem a Nobis Secessionem evitatura esse; Eventus tamen nos fefellit. Nam cum sub summo Nomine ac Authoritate, Sacræ Regiæ Majestatis Vræ Comitia Ordinaria juxta Formulam Regiminis, quovis biennio in his Ducatibus habenda Generosæ Nobilitati in diem tregesimam, proxime elapsi Mensis Junij indixissemus ad deliberandum, quomodo intestia dissidia, ex dissolutione anteriorum Comitiorum, à Generoso Capitaneo Dublenensi, Hermano Friderico, a Grotthus, tum temporis Deputatorum Mareschallo, sub prætextu non abolitorum gravaminum, cum aliquibus Deputatis dissentientibus vero reliquis, attentata et formata, Immo proxime præterito, contra Jura et leges unione, cujus Vinculo adhærentes eidem, ea proposito separationes fovendi, perseverare tenerentur enata tolli, et Saluti, ac Tranquillitati Patriæ proficua Consilia, iniri possent, Gnōsa quidem Nobilitas, in Districtibus suis congregata, Deputatos elegit, ac instruxit, qui etiam ad præfixum Comitijs diem hic convenientes, Mareschallum Gnōsime Vilhelmum Alexandrum ab Heucking Filium, Gnōsi Capitanei Majores Seelburgensis, Benedicti Henrici ab Heucking creaverunt, sed compellati a nonnullis, e medio sui, ut sub initium Comitiorum, Nomine et Authoritate, Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ indictorum, Consiliarios Regentes, juxta antiquissimum morem salutarent, et sic suam præsentiam, ad exordiendas deliberationes indicarent, vota

desuper num id facto opus esset, colligi debere responde-
bant, illis autem instantibus, quod ratione Ceremoniae adeo
certo, ac indubio, nec non Venerationem Sacrae Regiae Ma-
jestati Vestrae Domino Longe Clementissimo debitam
concernentis, Vota colligere illicitum foret, sensum suum
Manifesto aperuerunt, quatenus Consiliarios Regentes,
adire, et salutare nollent, quia potius, Unioni Anteceda-
neae inniterentur. Quare isti Deputati, quibus in animo
erat Sacrae Regiae Majestatis Vestrae, Nomini et Titulo,
honorem et respectum, devotissime exhibere, et junctis Con-
siliarijs Regentibus, deliberationes publicas suscipere, ab
illis adversantibus discesserunt. —

Quantum ejusce modi praefatorum Mareschallorum et Gno-
sorum Deputatorum, a partibus eorum stantium, temerarij
ausus, in eminentissimam Sacrae Regiae Majestatis Vestrae
Authoritatem, et Dignitatem impingant, quantum a for-
mula Regiminis, alijsq Sanctissimis legibus aberrent, et
quantis motibus, turbis discriminibusq publicum horum
Ducatuum Statum exponant, vix cogitando conijci, nedum
exprimi verbo potest. —
Quia vero Sacra Regia Majestas Vestra Dominus No-
ster Clementissimus prona benignissima voluntate, ad
avertenda sicuti, a toto suo Regno omnibusq ejus Provin-
cijs, sic et visceratis illi hisce Ducatibus incommoda et
pericula, perpetuo fertur. Ideo Eidem subjectissime sup-
plicamus dignetur Sacra Regia Majestas Vestra luculen-
tissima sua Providentia praedicta conamina obtueri, dis-
plicentiam, et indignationem suam, adversus tales boni
Ordinis eversiones testificari, quaecunq absq Comitiali
legibus munita Authoritate, et nobis inconsultis, aut
absq Nostro assensu, a superius Commemoratis, Gene-
rosis Mareschallis et Deputatis suscepta sunt, vel ad-
huc suscipientur, cassa, et irrita declarare, et ijs sub ri-
gore Juris, ac gravissima animadversione injungere, ut
a Conventiculis et Conciliabulis, omni jure vetitis, quo
stantibus Comitijs, solemniter indictis, et dum illorum
Copia est, tollerari minime possunt, eo quod non nisi
exitiosas Patriae cient procellas omnino abstineant. —
Hac ratione Sacra Regia Majestas Vestra Dominus
Noster Clementissimus, pacem et Concordiam in hos-
ce Ducatus reducet, impendentia ijs pericula amolietur

omnesq obedientes eorum Incolæ felicitatem suam, juxta summum Numen unice Regiæ Vestræ Majestati acceptam ferent, quemadmodum Nos Nostro et illorum Nomine profitemur, in intaminata fide et Veneratione devotissima emorituri.

Serenissime et Potentissime Rex, ac Domine longe Clementissime. Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ

Obedientissimi Fidelissimi,

Christophorus Fridericus à Sacken Landhoff Meisterus
H. C. Finck, de Finckenstein Cancellarius.
Otto Christophorus ab Howen Oberburggr.
Henricus Christianus, ab Offenberg Land Mareschall.

Literæ Supplices eorundem ad Sacram Regiam Majestatem, in Eadem Materia simul ac expostulando Interpositionem, ut Celsissimus Dux Curlandiæ ad Gubernium Ducatus sui Feudatarij, quantocius redire possit.

Serenissime ett.

Simul ac de Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Domini Nostri Clementissimi suscepta denuo Cura, et opera pro Illustrissimo Domino Duce Nostro Ernesto Joanne, efficacissime se interponendi, ejusq in Ducatus reditum accelerandi certiores facti sumus, non solum insigne nos cepit gaudium, dum spes inde affulsit, reddito et restituto per Clementissimam Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ, istam providentiam Ducalibus hisce Principe, suo, eos, feliciores et tranquilliores futuros esse, sed et subjectissimæ fidelitatis et Officij Nostri Sacræ Regiæ Majestati Vestræ ab immensam istam benignitatem, gratias longe humillimas habendi, eandemq suppliciter exorandi, ut gratiosissimum Nostri Principis negotium ad finem exoptatissimum perducere dignaretur fuimus memores. Quia vero Comitia horum Ducatuum ordinaria, quovis biennio, juxta Formulam Regiminis habenda sub summo Nomine, ex Titulo Sacræ Regiæ Majestatis, Domini Nostri Clementissimi omnibus et Singulis horum Ducatuum Districtibus, jam tum indicta erant, cum demum Notitia propensissimæ

istius Sacræ Regiæ Majestatis Voluntatis, huc pervenit et prædictis Districtibus indicari potuit, rectius visum est, ut eidem ex Conventu Publico, omnium Ordinum in his Ducatibus, ista subjectissima gratiarum Actio et Supplicatio fieret. Sed quia Comitia ista, in ipso limine irrita sunt facta, Nos illud non differendum, nedum duximus omittendum, ideoq Sacræ Regiæ Majestati Vestræ Domino Nostro Clementissimo subjectissimas ex intimis Cordis penetralibus, exhibemus grates, quod Fidissimi sui Vasalli, et Feudatarij Principis horum Ducatuum Ducis restitutioni, clementissime consulere, ejusq Causæ se interponere voluerit, nec non eandem Supplicibus implorantes precibus, ut illam tandem Interpositione Sua efficacissima obtinere, et sic hos etiam, ob interna dissidia, non levibus periculis, objectos Ducatus, in pristinum Statum asserere benignissime dignetur. —

Quo facto Sacra Regia Majestas Vestra gloriosissimum suum Nomen, Immortalitati consecrabit, et devotissimorum suorum Subditorum, mentes in omne duraturo ævum gratitudinis Vinculo obstringet, ut inviolabilis fidelitatis et obsequij, zelo flagrantissimo perseverare, ad Aras usq contendant. —

Serenissime et Potentissime Rex Rex et Domine longe Clementissime. —

Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ

Subjectissimi Fidelissimi

Christophorus Fridericus, à Sacken Landhoff-Meister. —
H. C. Finck de Finckenstein Cancellarius. —
Otto Christophorus ab Howen Oberburgg.
Henricus Christianus ab Offenberg. Land Mareschallus.

Status Causæ seu Diarium Conventus Publici die 30. Junij 1750. Indicti, et 6ta Julij dissoluti.

Postea quam Augustissimo Nomine Sacræ Regiæ Majestatis, Regis et Domini Nostri Supremi longe Clementissimi, hos Ducatus Curlandiæ et Semigalliæ Regentes, Domini Consiliarij Supremi Conventum publicum in diem 30. Junij Anni Currentis indixerunt. —

Nosq infrascripti Districtuum Deputati Singulis Nostrum separatim ad hunc Conventum publicum, loco

Convocationis Instructis cum coeteris Deputatis in tem
plo Mitaviensi, ubi Cultus Divinus, a germanis fre
quentatur, Terminum procedendi, cum in finem attendimus,
ut constet, omnes et Singulos Nostrum in Conventu pu
blico Ordinario juxta praescriptum Formulae Regiminis in
dicto comparuisse, itaq etiam a Nobis facta, contra Unionis
Actum, sedecim Districtuum, Anno praeterito erectum, in
superfluum pro custoditione solennissima, dataq declara
tione, Nos in Electione Mareschalci hujus Conventus Pu
blici, non prius nos Commissuros esse, nisi omnes Nun
tij Terrestres antecedenter declaraverint se, pro attendendo
Conventus Publici Termino, hic accessisse, hinc a reliquis
Deputatis regerebatur, quaestiones ejusmodi formare, nunqm
in usu fuisse, illis potius incumberet, suscipere Electio=
nem Mareschalli hujus Conventus publici, vel Directoris,
quae appellationes illis, Synonimorum Nomine venirent. —
Quo etiam peracto Districtus Nerfftensis, et Ascheraden
sis Deputatus Nomina juxta seriem Districtuum commo=
tare coepit, Deputato Autsisensi, Gnoso Capitaneo Minori,
de Grotthuss, ita ad finem usq continuante, taliter plura
litate Votorum Gnosus de Heucking Possessor Terra=
rum Karckelensium Mareschalcus, hujus Conventus
electus a Nobis Subscriptis Deputatis collata in eundem
dignitate Mareschalci Deputatorum, sub hoc tutamine
reservationis, gratulationem accepit, nos nullum nisi
in Conventu publico Directorium Concessuros, cui re=
servationi Nemo contradixit. —
Cum collectio Suffragiorum stebat, duo Deputati ex Di
strictu Terrestri Durbensi, diversi mode instructi compa
ruere alter alteri Activitatem disputaturus quorum dis
sensus usq ad Legitimationem Instructorum suarum
differebatur, Jam vero Nos omnes, cum Electo Conven
tus Publici Mareschalco conferebamus, Nos in Stubam
Ordinis Equestris ubi Legitimatione Instructionum
perspecta admonendum esse duximus, quod Illustri ho=
rum Ducatuum Regimini, juxta continuam obser=
vantiam Electionem Mareschalci aperire deberemus,
contra quam propositionem plurimi exceperunt, dicendo
inquirendum prius esse, cui ablegatorum e Districtu Dur=
bensi Deputatorum activitas competeret, quo paulo post
accidit, quod collectis a Mareschalco Provinciali Suffra=
gijs, quia Gnosus de Medem Convocationem non perso
nalitter

attendisset, et Instructio demum Mitaviæ a Gnoso de Mir=
bach Possessore hæreditario Terrarum Strokensium illi
insinuata esset, Generoso de Heucking Activitas attri=
buta, quamvis Gnosus de Medem, in loco Convocationis
præsente Generoso Convocante Votorum pluralitate cum
Deputatus Electus, et instructus fuerit, id quod ex Demon=
stratione ipsius, suo loco et tempore desuper exhibenda
sufficienter patebit, alia porro Exceptio Gnoso Capitaneo
ab Alten Bockum Deputato Goldingensi a Gnoso de Grott=
huss Frauen et Neuenburgensi Deputato aliisque Districtus
tus Goldingensis, Gnosi de Grotthuss, Exceptioni inhæ=
rentibus in Continenti apponebatur. —

Nos vero infra denominati Deputati ad hæc regereba=
mus, cur disquisitio legitimationis, Gnosi ab Alten Boc=
kum Jamdiu differri debeat, cum continua observantia,
et praxis doceret, facta statim Electione Curialia, absque
temporis neglectu præstanda esse, respondebant vero
Mareschallus hujus Conventus ac reliqui Deputati, quod
prius legitimationis Instructionum ratio sit habenda,
postea apertis, et perlustratis Instructionibus, quæ ad
Curialia spectarent, sua sponte Consequerentur, de qua
dilata Curialium præstatione, Nos infra scripti Depu=
tati, quam solennissime protestabamur.

A meridie hora 3tia Nos in Stubam Deputatorum,
præsente Numerosa frequentia, tam exterorum, quam
Indigenarum, Sessionem Nostram occupantes, Nos reci=
pimus, Inquisitione Activitatis, Generosi ab Alten
Bockum a Mareschalco Conventus inchoabatur, prænomi=
nationibus Gnosus de Grotthuss in fundamento Articu=
lorum nonnullorum et Instructionis Blanquetto licet
Gsus ab Alten Bockum, Instructionem omni Numero
absolutam produxerit, illius activitatem disputabilem
reddere intendit, has modo narratos Articulos a Mare=
schalco publice prælectos non minus quam blanquettum
Instructionis Mareschallus admissibiles, et de Jure
subsistentes declarabit, Cum vero Gsus ab Alten Boc=
kum, Communicationem Articulorum, ac dilationem pro
formanda Replica, et refutatione momentorum sibi expe=
teret, huic petito Mareschallus Deputatorum et nonnulli
Deputati deferri posse denegarunt, non obstante Nostra
infra scriptorum Deputatorum, in hoc Casu obveniente

Contradictione nullaq a Nobis facta Commissione, sup
his Articulis, Suffragia dandi, reliqui tamen omnes,
in illud consentientes, id peragebant. —

Generosus ab Alten Bockum, se se desuper in Diario
solito modo Manifestabat, cum reservatione Jurium
Districtus sui Competentium, quo non obstante Gsus
Mareschalcus Deputatorum, Gnoso de Grotthus Frauen
et Neveburgensi Deputato Activitatem Concessit, Quo
facto Mareschalcus Deputatorum, et reliqui Deputati
è sede se erexerunt, Isq Sermonem habuit, omnes
Provinciæ hujus ablegatos, his Verbis Concordiam
commendando adhortans illos, qui suam ipsis depraedica-
tam Concordiam non acceptarent, pro indignis Fratribus
reputandos esse, quem brevissimis Nomine Districtus
sui Ascherad, et Nerfftensis Deputatus illorum Nomine
accipiebat, Mareschalco Deputatorum, pro adhoratione sua
fraternæ Concordiæ grates persolvens, eamq Concordiam,
quatenus legibus Patriæ conformis, summe necessariam,
ac saluti veram ostendit, in Contrarium vero unioni, le-
gibus adversanti, ne utiquam accessurus, in quo omnes
Deputati tacendo Consenserunt. Post hæc ipse Mare-
schalcus consedit, reliquos præsentes Deputatos consi-
dere invitabat. Nos vero ceu ad Conventum publicum
instructi stare continuantes iterum Deputatorum Mare
schalco de præstandis Curialibus mentionem fecimus, Is
regessit Instructiones prius aperiendas esse, tum de-
mum ex illis patefieret, utrum præstandorum Curia-
lium Causa adesset, qua propter Suffragia dari debe-
rent. Iteravimus Propositionem Nostram, de Curia-
libus prius præstandis Authoritati Sacræ Regiæ Ma-
jestatis conformiter, quippe cujus Summo Nomine hic
Conventus Publicus inditus esset. —

Breviter vero Mareschalcus Deputatorum, respondit,
Nos cum Consiliarijs Supremis Conventum publicum
celebrare, Unioni persistendo non possumus. Hinc Nos
infra scripti Deputati coacti, non solum Statum Or-
dinis Equestris deseruimus, sed etiam quum Deputatus
Districtuum Ascherad et Nerfftensium contra Activi-
tatem Mareschalci Deputatorum, quam Nostra Electio-
ne obtinuit, non minus quam contra LL. susceptum
procedendi modum ceu Actas nullas et invalidas protes
tatus

protestatus fuerit, huic Protestationi et Manifestationi, propitio et optime fundato Iure adhaesimus. —
Eberhardus ab Alten Bockum Goldingensis et Hasenpot: Deputatus. —
Ernestus a Brüggen Deput Grubinensis
Volmanus Ferdinandus a Drachenfels Deputatus Ascheraden et Nerfftensis. —
Carolus Fridericus a Mirbach Deputatus Sessaviensis.
Otto Ernestus à Meden, Deputatus Dubensis et Grawsdensis.
Christophorus Didericus Georgius à Medem Deputatus Grenzhoffiensis. —
Henricus Ernestus a Stettenberg Deputatus Dunaburgensis et Oberlauensis. —

Literae Illustrissimi Supremi Regni Cancellarij ad Mgcos Supremos Cancellarios Curlandiae in Negotio dissoluti Conventus Publici, in Curlandia die 17. Julij 1750 Scripta.

Magnifici etc

Adhortationum mearum ad Gsum Dominum de Torck ejusq adherentes, ut ab hac monstrosa Compositione Unionis recederent, alium sperare debuissem exitum, quam qui contigit in Comitiolis Ordinarijs, Nomine Sacrae Regiae Majestatis die 30. Junij inchoatis, Post publicationem in Districtibus factam literarum mearum, 30. Maj datarum, quibus toti Gnosae Nobilitati patefeci validissimam Interpositionem Sacrae Regiae Majestatis, et urgentes Senatorum Ministrorumq Regni Instantias, pro impetrando Celsissimi Dnis Ernesti reditu et libertate debuisset, Gnosus de Heuking Comitiolorum electus Marschalcus, et coeteri Deputati qui pertinaciter Vinculo legibus vetito, uniti persistere voluerunt, debuissent inquam omni respectu Veneratione et gratitudine amplecti sollicitudines has, et Paternas Curas Sacrae Regiae Majestatis pro restitutione Tranquillitatis Publicae, et boni ordinis, Mirum eo magis est illos ab hac Sententia

declinavisse, quo nihil sibi optatius esse Gnosa Nobilitas omni tempore demonstravit, nisi ut juxta Formulam Regiminis Ducatus, sub proprii Ducis Gubernio maneant. Quamvis legitima habuissent gravamina vel motiva discordiæ, supersedere ab ijs potuissent, ob Amorem boni publici et Patriæ, atq. per Comitior. Consultum, exponere querelas, Sacræ Regiæ Majestati suas, si quas habent, contra Regimen Supremum, et sua Gravamina, quæ Magnificæ et Gsæ Dominationes Vestræ, abolere recusassent grates, Sacræ Regiæ Majestati pro continuis Curis, quas de rebus Ducatuum suscipit in Conservationem præsertim Ducalis Gubernij, de quo Instructiones Gnosorum Deputatorum Gnosæ Nobilitatis huc usq. sunt allocutæ. Sed quoniam obstinatus eorum animus, per Circulares literas Gnosi Torek 3tia Junij scriptas, et per dissoluta nuperrima Comitiola comprobatus aparte demonstrat, qualem habeant Voluntatem nutriendi discordias, quanti parvi faciant indefessas Sacræ Regiæ Majestatis Curas pro manutenenda Ducatuum libertate et tranquillitate, et quam parum tangantur, Patriæ damnis, propter absentiam Ducis superfluæ omnes erunt ulteriores adhortationes meæ. Id circo Sacra Regia Majestas, ab avertenda ab hac Provincia majora mala et pericula, et ad cohibenda nonnullorum Conamina contra Interesse, tatius Gnosæ Nobilitatis atq. Celsissimi Ducis, per suum Rescriptum præsentibus annexum Indignationem Regiam, adversus tales boni Ordinis eversiones vestificando, cassa et irrita declarat, quæcunq. per prædictos Gnosos Mareschalcum et Deputatos in fundamento Actus Unionis eorum absq. Comitialis Authoritate, et inconsultis cæteris Gnosis Deputatis et Regiminis Membris suscepta sunt, vel suscipientur. Quod si vero hæc Clementissimi Regis, non sufficient Remedia, ad alia etiam efficaciora, quibus restitui prompte Tranquillitas publica possit, convolabit. Quod superest, Sacræ Regiæ Majestati, admodum acceptæ fuerunt, gratiarum actiones quas mente devotissima, et Vinculo Fidelitatis, ac Subjectionis Eidem Sacræ Regiæ Majestati quam

humiliter Mgcæ et Gnosæ Dominationes Vestræ exhibuerunt, propter interposita validissima Officia sua, pro restitutione Ducis Celsissimi, nec minus animo gratioso excepit Supplicationes Magnificarum et Gnosarum Dominationum Vestrarum, pro accelerando per Continuationem Regiæ suæ Interpositis dicti Principis, reditu, cui Sacra Regia Mttas, omni modo efficaciori consulet, ut Votorum suorum compotes Magnificæ et Generosæ Dominationis Vestræ omnesq bene Patriæ aventes Cives efficiantur. Quod ut Deus Optimus Maximus, quam primum largiatur, Animitus, et indesinenter apprecor. — Datum Varsaviæ die 17. Julij Anno 1750. —

Mficar et Gnosar Dnaonū Vrarum. —

Literæ Ejusdem Illmi ad Gnosum Equestrem Ordinem seu XI Districtus Ducatuum Curlandiæ in eadem Materia scriptæ.

Generosi Domini, etc.

Quanto Animi mærore, relatum acceperim, de infausto Conventus Publici nuper admodum exitu, totidem gavisus sum Gnosas Dominationes Vestras Constanti Patriæ amore, Fidelitate atq obedientia Sacram Regiam Majestatem, Dominum Directum egisse in eodem Conventu publico qui Supremo ejus Nomine indictus, et inchoatus fuerat, juxta Conventum in literis Supplicibus, Gnosarum Dominationum Vestrarum ad Serenissimum, testatus sum Eidem Sacræ Regiæ Majestati Fidem, qua Gnosæ Dominationis Vestræ, Regijs suis justissimis totiq Gnosæ Nobilitati, atq Provinciæ, ultimis Intentionibus, et Officijs obsequenter adhærent, testatus quoque sum Earundem sinceram gratitudinem, erga Interpositionem quam validissimi factam pro restitutione, Celsissimi Ducis atq Supplicationes Gnosarum Dominationum Vestrarum, pro acceleratione Reditus Celsitudinis suæ, Hoc ingenua Fidelitatis et devotionis

Gsarum Dominationum Vestrarum Documenta, gratissima fuerunt, Sacræ Regiæ Majestati, et omnem operam suam pro Ducis restitutione efficacissime adhibituram esse clementer appromisit. Interea quemadmodum approbavit, Gnosarum Dominationum Vestrarum Consilia, qd in nuperrimo Conventu Publico noluerint transire in Sententiam Gnosi Mareschalci, aliorumq Deputatorum, qui cum Magnificis et Gnosis Consiliariis Supremis Conventum agere recusarunt, Ita Eadem Sacra Regia Majestas, reprobando illorum Compositionem Unionis, ad augenda interna dissidia et totius Provinciæ eversionem tendentem per Rescriptum Cassa et irrita, omnia Acta ab ipsis, in hoc fundamento facta declarat. Non dubito quin Gnosæ Dominationes Vestræ, in proposito suo perseveraturæ sint: Ego quantum mihi Vires suppetent, Saluti Publicæ Ducatuum Curlandiæ, et Semigalliæ consulam, et in conservandis Salvis ac illæsis Juribus, Privilegiis atq prærogativis Gnosæ Nobilitatis indefessa Cura studebo, meamq omnem adhibebo Sollicitudinem, tum ut perniciosæ istæ internæ discordiæ componantur, quam ut Status istius Provinciæ, per reditum promptiorem, Celsissimi Ducis, ad pristinam felicitatem, quietem, et gloriam augeatur. –

Quibus Votis atq perfectæ Considerationis Sensibus permaneo. Datum Varsaviæ die 17. Julij 1750. Ao.

Gnosar. Dnaonum Vestrarum. –

Responsum ad Praecedentes Literas. –

Illustrissime etc.

Literæ Responsoriales ab Illustrissima Excellentia Vestra, ad Undecim Districtuum Nuntios 17. Mensis præterlapsi Varsaviæ datæ, etiam Nobis hodie in Termino Relationis a Gnoso de Bockum, nuper ad Conventum Publicum per Nos ablegato redditæ sunt. Quanta cum voluptate, istas perlegerimus, Verbis exprimere, non valemus. id autem quod perlectis istis, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, literis honoratissimis, Nobis summo honori, et laudi ducimus, est, quod

ista omnia, quæ Noster modo dictus Plenipotentiarius Gnosus de Bockum, ex mandato ipsi, à Nobis concredito, nuperrime Mitaviæ, una cum Decem Districtuum Nuntijs peregit, et Sacræ Regiæ Majestati, et Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ perfecte probata fuerint. –

Sicuti vero semper conati sumus, non nisi ex præscripto Legum agere, et omnia sedulo Conferre, quæcunq ulla ratione saluti Patriæ velificari possent, ita et semp veriti sumus, vel in minimo aliquid committere, quod Fidei et Obedientiæ Serenissimo Regi, ac Reipublicæ debitæ non perfecte conveniret, atq congrueret, quodq Sacræ Regiæ Majestati merito posset displicere. Nec unquam quoq a Proposito Patriæ, adeo salutari deflectemus, abunde satis persvasi, Salutem Patriæ, non nisi sub felicissimis Inclytæ Reipublicæ Polonæ Auspicijs primum, progerminasse de inceps adolevisse, et ita quoq non nisi sub ijsdem, modo quo antea florere, et posse, et debere. –

Faxit Deus modo, ut motus quibus hi Ducatus agitati huncq fuerunt penitus cessent ne Salus Patriæ acerrimè, in discrimen adducatur Sapientia, atq Providentia Optimi Regis, non nisi prospera, atq læta, Cuncta Nobis pollicentur, Nec Deus aliquid Sinistri, his Ducatibus fataliter definitum esse sinat. –

Neq vero minimam partem Patriæ, Salutis, in Egregia Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Cura, repositam esse Æstimamus, sed potius altissimis rationibus Commoti, credimus Illustrissimam Excellentiam Vestram ab ipsa Divina Providentia et singulari Indulgentia Patriæ, hoc præsertim calamitoso tempore concessam esse, ut ejus Incolumitatem, gravissimis Consilijs et indefessis laboribus tueri possit, sicut huncusq testantibus tot egregijs documentis, tam, tam tuita est. Et quemadmodum maxima Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ merita, in Serenissimum Regem, æque, ac in Rempublicam Secreta adoratione jam dudum reveriti sumus, ita et nunquam eximiæ gratiæ, atq benignitatis, qua incolumitatem Patriæ, atq Jurium Conservationem Privilegiorum et Prærogativarum Nostrarum, ut et Curam, pro reditu accelerando Celsissimi Ducis, amplecti dignata est obliviscemur, sed potius tantam

Vestro Nomini debitæ laudis Materiam tanquam Nobilissimam hæreditatis partem, ad seros posteros in Thesaurum gratitudinis transferemus. Interim Deum Ter Optimum Maximum ardentissimis defatigabimus precibus, ut Illustrissimam Excellentiam Vestram diu diuque sospitet, et incolumen ferret omnique prosperitatis genere, gaudere sinat, Nos Ea qua par est Veneratione ad Cineres usque permanebimus. —

Illustrissimæ Excellæ Vestræ
Obedientissimi Servitores
Eberhardus ab Alten Bockum et Mandatorio Nomine Colonellæ de Funck, et Viduæ de Medem, et Ioannis Henrici de Keiserling. —
Gerhardus Iacobus Nolden.
Ioannes Christophorus de Stempel etc
Mandatario Nomine Ioannis Christiani de Sacken Capitanei Majoris. — et Friderici Vilhelmi de Sacken
Ioannes Christophorus de Osten, dictus Sacken et Mandatarius Nomine Nicolaj Vilhelmi de Koss, et Ioannes Gerhardi de Baden. —
C. H. N. Bodendink. —

Rescriptum Sacræ Regiæ Majestatis, quo Iure unio vetita, seu Confœderatio, in Ducatibus Curlandiæ et Semigalliæ, attentata Sessio inhibetur die 18va July 1750. Expeditum. —

Augustus Tertius.

Generosis Supremis Consiliarijs, et Gnoso Ordini Equestri Fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam, Generosi Fideliter Nobis Dilecti, cum ex Relationibus Consiliariorum Nostrorum Lateri Nostro assidentium, Nobis indubitate constiterit sub temporis comitiorum anteriorum, juxta formulam Regiminis in præfatis Ducatibus Curlandiæ et Semigalliæ sub Nomine et Authoritate Nostra Regia celebratorum, quandam nonnullarum personarum Unionem seu Confœderationem, semper damnosam irrepsisse, ac expost sub Mareschalcatu, Generosi Vilhelmi Alexandri ab Heucking

eandem Unionem, seu Confœderationem ratificatam, et authorisatam esse, taliterq contra formulam Regiminis, aliasq Leges, imo Pacem internam et Tranquillitatem publicam perturbatam, et exinde dissensionem, in Ducatibus excitatam esse. Cum vero Paternæ Nostræ Curæ insit, sicuti a toto Regno in genere, ita ab omnibus Provincijs et Ducatibus, in specie pericula, et incommoda, quævis avertere, et maxime cum Uniones seu Confœderationes, quovis Titulo formatæ legibus publicis prœjudicent, semperq tristem exitum consequantur ea propter insistendo, antecatis Rescriptis Nostris, ac Fidelitates Vestras directis occurrendo ulteriori infausto præfatorum Ducatuum, et omnium Concivium, in ijs manentium Eventui, Conamina et Conatus, prædicte Unionis seu Confœderationis, pro insistentibus irritis, et Statum ac Ordinem evertentibus declaramus et quæcunq in Consultis Generosis Supremis Consiliarijs Regentibus, ac Generosis Deputatis, et Mareschalcis susceptata, peracta sunt, tollimus et abrogamus, monendo et serio injungendo Personis modo quolibet, ad hanc Iure vetitam, Confœderationem concurrentibus, quatenus ab ulterioribus dissensionibus et assertis Unionibus, atq Conventiculis, et Conciliabulis omni Iure vetitis abstineant. Idq sub gravi indignatione Nostra et nullitate omnium attentatorum, nec non sub rigore pœnarum, contra transgressores Legum publicarum, et Violatores Tranquillitatis internæ sancitorum demandando. Quatenus juxta proscriptum Iurium dictis Ducatibus servientium, Fidelitates Vestræ se se gerant, ad Uniones, seu Confœderationes, et dissensiones, non convolent, sed in gravaminibus, ad Nos recursum faciant. Quod ad notitiam omnium Fidelitatum Vestrarum deducendo; Volumus, ut omnia præmissa observent, et observari curent. In quorum fidem etc.

Literæ Mgiorum Supremorum Consiliariorum ad Illmum Supremum Regni Cancellarium scriptæ, gratias agendo pro Expeditione Rescripti Cassatorij.

Illustrissime etc.

Nihil accedere potest ad Magnitudinem inæstimabilis Illmæ Vestræ Excellentiæ meriti, et istius beneficij

quod ex Gratia et benignitate sua, in hos Ducatus et nos propensissima penes Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum longe Clementissimum, una cum Illustrissimis et Excellentissimis Dominis Pro-Cancellarijs, effecit, ut summo ejusdem Rescripto, de Dato Varsaviæ die 18. Julij Anno Currenti, integer Actus Unionis sive Confœderationis, anteriori anno coeptus, et nuper continuatus, omniaq illius attentata pro nullis, cassis, et irritis declarata sint. Nos illico, ut id, ad Manus nostras pervenit, Clementissime Mandato Sacræ Regiæ Majestatis morigerantes transsumpta ejus Generosis Convocantibus, in Medio Nobilitatis in quovis horum Ducatuum Districtu transmisimus, Requirentes, ut id sine mora, omnibus et Singulis Gnoso Nobilitatis membris publicarent. Hactenus etiam expectavimus, ut Notum Nobis fieret ipsos hoc publicationis Officium executos esse, dias hoc obsequio Illmæ Excellentiæ Vestræ humillime signi=ficandi Rescriptum, id a Nobis receptum, et eidem obsecundatum esse promptius defuncti foremus. - Sed nunc compertum Nobis est, complures convo=cantium in Districtibus, qui partibus Unitorum adhærent, adhuc dum illud Rescriptum procul dubio instinctu illorum, qui Authores Machinæ totius sunt. Suppressisse, nec ad notitiam Nobilitatis, in ijs Terris deduxisse. Faxit Summum Numen, ut illos inobedientiæ suæ adhuc poeniteat, et quamvis sero jussa perficiant, omnes etiam Unioni Asse=de Voluntati Paternæ, Sacræ Regiæ Majestatis, et præmonitionibus Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ tandem conforment se. Id quod in Votis, et illud simul Unici habemus, ut nostræ Vires essent pares, tanta gratitudini Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ exhibendæ, quanta est Nostra Obligatio, cujus tamen Vinculo omni modo possibili, Nos exsolvere anni=metur, Confisi Illustrissimam Vestram Excellen=tiam in non opinatum Casum, ulterioris pertinaciæ Unitorum molimina ipsorum eversaturam, et Conatus Gnosi Domini de Hacking Varsaviæ præsentis, suo pro Justitia zelo repressuram esse. - Quare gratiosissimo affectui Illustrissimæ Excellentiæ

Vestræ, demisse Nos Commendantes, devotissimo Cultu, et Veneratione toto Vitæ tempore perseverabimus. —

Illmæ Vestræ Excellentiæ
Humillimi Obedientissimi Servitores.
Christophorus Fridericus à Sacken Landhoff Maisterus
H. C. Finck de Finckenstein Cancellarius. —
Otto Christophor, ab Howen, Oberburgrabe
Henricus Christianus ab Offenberg Land Mareschalcus. —

Informatio

Ratione Constitutionis Unionis Generosi Ordinis Equestris Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ de data die 27. Augusti 1749. et Conventus Publici die 6. Julij Celebrati. —

Generosus Ordo Equestris ad Generosorum Consiliariorum Supremorum, jam dictorum Ducatuum neglectam, abolitionem Gravaminum Sacram Regiam Majestatem, Serenissimum Regem et Dominum accedere cupiens omnium disceptationum eradandarum Causa, probe sibi proposuit, ut vigore Iurium, suo Generoso Ordini Inclytorum, nec non Exemplo Procerum de Anno 1684. Constitutionem Unionis efficiat, Salutarem intendens finem, gravamina contra Generosos Consiliarios Supremos Sacr. Regiæ Majestatis summa devotione referendi, et facultatem Gnosorum Consiliariorum Supremorum impediendi, ne altercante discordia, Ordinem Equestrem dissipantes, huic humillimo recursui obstaculum, et effectum adhibeant adversum. —

Innocens hoc, et aequum Gnosi Ordinis Equestris negotium Consiliarij Supremi in crudelissima Imagine, penicillo quasi, delinearunt. Constitutioni Unionis, quæ Conservatione salum, et restitutione Legum, Iurium Generosæ Nobilitatis, ejusq libertatum humillimis, apud Sacram Regiam Majestatem precibus efflagitatarum, quo ad tenoris essentiam nititur, Nomen Patriam Confœderationis præcipitantis tribuerunt, haud perpendentes, Ordinem Equestrem, nil minus, quam imputatam hujusmodi Violentiam in pura

mente habuisse, decentem, et ante, et post Constitutionem Unionis, praebuisse Tranquillitatem, evidentissima Fidei, et Reverentiae humillima edidisse signa, et in hoc subjectissimae obsequentiae studio, usq; ad extremum perseveraturum esse Suspirium. —

Cum nunc e violenta Actorum Unionis interpretatione, implacabile Generosorum Consiliariorum Odium erga Gnosum Ordinem Equestrem, propria quasi luce fulgeat, Generosa Nobilitas sibi devotissima indulget fiducia, Illustrissimos Ministros Status, secundum Nobilissimae suae Naturae insitam Justitiam Constitutionem Unionis, aequissima trutina Essentialis ejusdem Sensus, haud vero violentae interpretationis Gnosorum Consiliariorum Supremorum ponderaturos esse. —

Ratione Curialium, nuperrimo Conventu publico, haud celebratorum Ordo Equestris, nec per eorum intermissionem, nec per Constitutionem Unionis in Authoritatem Summam Regiae Majestatis peccasse sibi persuadet, quia intermissa Curialium observantia, in fundamento Legum fundamentalium, ad Gnosos tantum Consiliarios Supremos, pertinet, hoc enim si summam Regiae Majestatis Authoritatem tenderet, Consiliarij Supremi ne quaquam incidissent in Errorem ut Ordini Equestri in Conventu publico de Anno 1746. Sponte Curialia egissent, quemadmodum Acta publica, istius Conventus publici, id sat satisq; demonstrat. —

Formula Regiminis perpetua hoc Cardinalis, ex Ducatuum Curlandiae et Semigalliae maxime perspicuam facit 824. expressam mentionem. Gravamina hujus Provinciae concernentia re cum Consiliarijs primum communicata, ad Regiam Majestatem deferre, unicuiq; liberum erit, quia tum gravamina contra Illustrissimos Curlandiae Duces fuerant directa. Cum autem Gravamina Ordinis Equestris hoc vice directe Generosis Consiliarijs Supremis obstent, necessaria fluit Consequentia hos, ex Consultationibus publicis Ratione Recursus ad Sacram Regiam Majestatem vi Legis paulo ante citatae excludendos esse, et hoc extra ullum dubium posito, fieri nequit, ut Curialia tanquam sola publici Conventus solemnia locum habeant, si ipse actus, gaudet insufficiencia. Quid quod sermo, inchoantis

-antis

inchoantis Conventus publici, non Sacram Regiam Majestatem, sed tantum Gnos Conciliarios Supremos alloquitur, quam ob rem innocens Ordo Equestris Criminis læsæ, Sacræ Regiæ Majestatis Authoritatis absque ulla accusatur Ratione. —

Ex his igitur Crudissimus Conciliariorum Supremorum Scopus, tota lucet die, ut Ordini Equestri, Summa Fidelitate, et devotione, Sacræ Regiæ Majestati addita Suspicionem ac si Sceleratissimi Criminis inobsequentia, in Animum Sacræ Regiæ Majestatis et Illustrissimæ Reipublicæ inferant. Ordo Equestris has ob rationes humillimis efflagitat precibus, ut hæc Generosorum Conciliariorum Supremorum, falsa imputata prætervolent aures, at Generosæ Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Nobilitati, in devotissimis ejus petitis et desiderijs Clementissimum adjumentum, et Præsidium, tutissimaque Protectio haud invideatur. —

Literæ Supplices seu Desideria a Gnoso Alexandro, ab Heucking porrectt.

Serenissime etc.

Sacræ Regiæ Majestati Domino suo Clementissimo, Ordo Equestris, Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ, fidelitate devotissima, ac obsequio humillimas agit gratias, pro hactenus edita Summa Clementia et Protectione, in Conservatione Nostrorum Iurium Legum, et Immunitatum. —

De inæstimabili autem propensione, Sacræ Regiæ Majestatis, Convictus Ordo Equestris, per me Delegatum suum, Sacram Regiam Majestatem humillimis aggreditur Precibus. — etc.

1mo Restaurationem Regiminis Ducalis Paternæ Solicitudini Sacræ Regiæ Majestatis subjectissima commendat Devotione, Cum vero. —

2do Ordo Equestris Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ curare necessitatus sit, ut Gnosi Conciliarij Supremi Authoritate sua abuesi, et gravamina Ordinis Equestris

magis, magisq cumulantes, tenore iam traditæ Informationis de dato Mitaviæ in Conventu publico, die 6ta Julij 1750. Coram Judicijs Relationum citarentur Instigatorie hinc Ordo Equestris Clementissimam Protectionem Sacræ Regiæ Majestatis, in his calamitosis Circumstantijs, Supplicissimis expetit precibus. –

3tio Pro-Nobiles Advocati Aulici Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Gnoso Ordini Equestri, contra Decis: Commissor: de Anno 1717. §. 7. cunctam denegaverint assistentiam, hinc Ordo Equestris Supplicat, ut Sacra Regia Majestas dictis Pro-Nobilibus Advocatis Aulicis, per Compulsoriale injungere Clementissime dignetur, quo in omni Casu Patrocinium Ordinis Equestris, absq ulla suscipiant Contradictione. Tandem. –

4to Humillime petit Ordo Equestris, ut Sacra Regia Majestas Summam illi præbeat Clementiam in demandanda, Gnosis Consiliarijs Supremis de Molitione Aggeris Angerensis. –

Hæc sunt Desideria quæ Paternæ ac Clementissimæ Provisioni Sacræ Regiæ Majestatis Patris Patriæ exoptatissimi, inviolabili fide Commendat, et perovo Obsequij Zelo permanet humillime. –

Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ
Humillimus et Obsequiosissimus
Vilhelmus Alexander ab Heyking Delegatus Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ. –

Literæ Magnorum Supremorum Consiliariorum ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium Scriptæ in Negotio Protectionis Judæorum per Gnosum de Buttler, præjudiciose in Ducatibus Curlandiæ præstitæ. –

Illustrissime etc

Ut Sacræ Regiæ Majestati Domino Nostro Clementissimo admissa, Generosi Ernesti Joannis de Buttler

Aulæ Imperialis Russiæ Camerarij Actualis, et Ministri Plenipotentiarij hic Residentis, contra Jura horum Ducatuum, dum Judæis juxta sintita Decisionum Commissorialium Regiarum Anno 1717. ex habitationibus in hac Civitate Mitaviensi ejectis, et emigrare a Ducatibus jussis, in ædibus suis, ad Manufacturas hic extructis Receptaculum, et manziones concessit, Nostrasq Instantias, et Requisitiones desuper factas, non attendit, pro Clementissima medela, subjectissime repræsentemus, ipse nexus Officiorum Nostrorum, quibus Legum Custodia, et præcautio, adversus mala Exempla Incumbit, Nos obligat. Qua propter Illustrissimam Vestram Excellentiam, humillimis obsecramus precibus, dignetur Eadem S. R. Mtti. adjunctum Supplicem libellum exhibere, et promovere ut Modis Eidem Majestati bene visis Integrati Legum Provincia prospiciatur, et via omnibus Infractionibus earum præcludatur. Hanc Illmæ Vestræ Excellentiæ gratiam Nobis pollicentes Cultu et Veneratione perenni indefessi erimus. —

Illustrissime et Excellentissime Domine Supreme Regni Cancellarie.

Illmæ Vestræ Excellentiæ

Humillimi Obedientissimi Servitores.

Christophorus Fridericus a Sacken Landhoff Meister

H. C. Fink de Finckenstein Cancellarius.

Otto Christophorus ab Hauen. Oberburggraf

Henricus Christianus, ab Offenberg Land Marescalcus.

Literæ Suplices ab Iisdem, ad Sacram Regiam Majestatem die 10. 7bris Mitaviæ 1750. Anno in eadem Materia directo. —

Serenissime. etc.

Pro debita Pactorum Subjectionis ad Decisionum Commissorialium Regiarum Anni 1717mi Observantia, quibus Infideles Judæi, ab omnibus Vectigalibus, et Commercijs arcentur a Iure brascandi, et Caupenandi excluduntur,

et ut penitus, in hisce Ducatibus, Tenore Privilegiorum, et Laudorum Publicorum non Commorentur injunctum est, diversis vicibus Promulgationes ejus tenoris factae sunt, ut Iudaei omnes, vel ruri, sub Praedijs Gnosae Nobilitatis, in Cauponis, aut Villis Rusticis, vel in Civitatibus habitantes, praefixo certo temporis spatio, sub poena facultatum suarum amissionis emigrarent, sed quamvis in Comitijs Ordinarijs horum Ducatuum Deputati Gnosae Nobilitatis, ex Districtibus per Lauda publica deducenda Nobiscum, et ad effectum plenarium ista Iudaeorum emigratione convenerint, tamen privati a medio Gnosae Nobilitatis usq deq habitis Nostris serijs praemonitionibus, longiorem habitationem Ipsos permiserunt, et eos protexerunt. Quia vero Ius sic eludere illicitum est, Nos contra Possessores Praediorum, sub quibus Iudaei degunt, quod quod illorum ab Officialibus Gnosi Ordinis Equestris indicati sunt, vel porro indicabuntur, Iure agere mandavimus et ex Civitatibus Iudaeos habitantes ejici Ordinavimus. Ast Gnosus Ernestus de Buttler, Aulae Imperialis Russicae Camerarius actualis, et Plenipotentiarius hic residens, istis ex habitationibus hic Mitaviae expulsis, Sedem in Aedibus suis proprijs pro manufacturis extructis concessit, et in eis Receptaculum Ipsis dedit. Quam Concessionem ejus alij e medio Gnosae Nobilitatis imitati sunt, et se eousq dum praefatus Gnosus Camerarius, istis Iudaeis Sedem suae Domi permiserit, alios sub praedijs retinere posse contendunt. Quare amice ipsum compellavimus, instando ut malum exemplum Nobilitati praeberet, ac Iuribus Patriae derogaret, quin potius Iudaeis remotionem suarum aedium injungeret. Promisit quidem tunc Nobis Gnosus Camerarius se id brevi trajecto temporis Spatio, quo pecuniam sibi debitam a Iudaeis recipere posset facturum esse, Verum nunc promissis, stare renuit, imo amplum Aedificium extrui, in Fundo Ducali curat, quod Sinagoga Iudaeorum destinatum esse fertur. Unde Vereri Nobis est necesse ipsum in proposito perseverare velle, in Manifestam Legum de Iudaeis contraventionem et prout in his, si primo gradui conniveretur, sic et

in alijs, a praescriptis Legum discensurum esse. Quoniam autem et Ministris extraneis in alienis Territorijs Leges ibi vigentes transgredi non est permissum, et Gnosus Camerarius de Buttler nostras Instantias, ut Jura horum Ducatuum illose esse vellit, parvi pendit, et nisi nos alia validiora plus ratione derogationi Legum Occurrere amittere nec Gnosa Nobilitas inde ansam arriperet, nos incusandi ac Gravaminandi, quod Legum Executio Nobis Curae Cordiq non nisi hinc Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum imploramus subjectissime, dignetur Eadem Clementissime Nobis sibi bene Viis Convenientissimis providere ne Gso Camerario de Buttler, attentatum id contra Leges de Judaeis succedat, nec in similibus in Consequentiam trahi possit, et sic Legum integritati efficacissime consulere. Has subjectissimas preces Nostras exauditum iri Confisi devotissima Veneratione et fidelissimo Obsequio, ad ultimum vitae, usq habitum permanemus. —

Serenissime et Potentissime Rex ac Domine longe Clementissime Sacrae Regiae Majestatis. —

Vrae Subjectissimi Fidelissimi
Christophorus Fridericus a Sacken Landhoff Meister
H. C. Finck de Finckenstein Cancellarius
Otto Christophorus ab Howen Oberr
Henricus Christianus ab Offenberg Land Mareschalus.

Literae Responsoriales Illmi Supremi Regni Cancellarij ad Utrasq Literas Praecedentes die 24. 7bris Anno 1750. datae. —

Acceptis Magnificarum ac Generosarum Dominationum Vestrarum Literis cum Notificatione perniciosa Protectionis, qua Gnosus de Buttler, Infideles Judaeos tuetur Mitaviae mentem Regiam et desup explorare non intermisi, et secundum eius Regiae Majestatis mentem, pro memoria juxta Copiam annexam, una cum alijs Ministris Regni et Magni Ducatus Lithvaniae indinuari Excellentissimo Domino Comiti de Keyserling Sacrae Regiae Majes-

tatis —

Imperialis Russorum Ministro Plenipotentiario, et cum eadem semper sit Sacrae Regiae Majestatis Cura, et Solicitudo Paterna pro restituenda in Ducatibus Curlandiae et Semigalliae felicitate et in manutenendis Juribus, Privilegijs et Libertatibus hujus Provinciae fidelitatis Vinculo Poloniae annexae, id circo Officia sua Gratiosissima pro restitutione Clmi Ducis Ernesti, apud Sacram Imperialem Majestatem renovavit, et ex Copia authentica hic adjuncta pro memoria ulterius sub Litera B. apertum fiet, Mgcis et Gnosis Dominationibus Vestris, quid Ego et praedicti Ministri egerimus, intuitu accelerandi reditus Clmi Ducis, In id pariter rogo, Mgcas et Generosas Dominationes Vestras, ut unice intendant. Deus Ter Optimus Maximus dabit tandem nobis, ut Compotes Votorum, pro publico bono efficiamur. –

Copie du Memoire donne a S. E. Monseigneur, le Comte Keyserling par les Ministres de la Republique au Sujet de la Protection que Mr. le Chambelan Buttler donne aux Juifs dans la Ville de Mittau, a Varsovie ce 23. 7bre 1750. –

La Regence de Courlande qui conformement au loix du Pais doit inveigiler contre les Juifs, pour que aucun d'eux ne s'etablise, ni fasse demeure dans ce Duche, se trouve dans la necessite de porter des plaintes, a Sa Majeste, Notre tres gracieux Maitre contre la Protection, que Mr. Ernest Jean Buttler Cham. et Charge, des affaire de la part, de S. M. Imp. à Mittau, donne ouvertement a ces infidelles. Par les Pactes, de Soumission, et par les decisions de la Commission, de l'An 1717. toute Sorte de Commerce, e pouvoir de tenir Doüanes, Brassiers, Auberges, Ferme ete leur sont interdits dans les Duches de Courland, et de Semigalle

meme par des Privileges, A Revers de la Noblesse ils sont entierement exclus de ce Territoire, A leur a eté donné un tems fixe, pour en sortir sous des peines, aux habitans, qui les retiendroient, sur leur Territoire, A aux Juifs qui s'y arretoreient, Mr. de Buttler, a non seulement entre pris de leur donner protection dans la Ville Capitale de Mittau, les pourvoiant d'habitations, mais lui ayant eté fait, des representations, amiables, a ce Sujet, de la part, de la Regence, il leur a preté si peu d'attention, que meme il a entre pris, de batir a ces Juifs, une Sinagogue comme il ne peut avoir fait de telles demarches, que de Son Chef, sans la moindre participation de sa Cour les Ministres du Royaume et du Grand Duche de Lithvanie, ont jugé, de ne pas devoir tarder d'informer S. E. Monseigneur le Comte de Keyserling comme Ministre Plenipotentiaire de S. M. Imple. des plaintes, qui ont eté porte la dessus à S. M. le Roi priant S. E. de vouloir bien les insinuer a sa Cour, de la justice de la quelle comme de son amitié envers le Roi, A la Republique ils en esperent toute la Satisfaction. —

Pro memoria donné a Comte de Keyserling Ambassadeur de Sa Majesté Imperiale en faveur de Son Altesse le Duc de Courlande le 24. 7bre 1750. a Varsovie.

Les urgentes Solicitations que Sa Majesté le Roi Notre Maitre a fait des plusieurs Années a Sa Majesté l'Imperatrice de Russie, A qui ont eté instemment renouvelles sur le Resultat du Senatus Consilium tenu dans le Mois de May, de l'Année courante par l'entiere liberté de S. A. le Duc de Courlande A son retablissement, dans la Regie du Duche n'ayant point encore eu l'effet qu'on avoit lieu d'esperer, par

l'amitié, et les egards, de Sa Majesté l'Imperatrice pour Sa Majesté le Roy N. M. et la Republique de Pologne, et dans le Sanatus Consilium posterieure a la fin d'aout toutes, les voix des Senateurs ayant fait requette, que Sa Majesté le Roy N. M. reitere a la Cour de Russie les plus fortes representations et Sollicitudes pour la delivrance du Duc, nous sousignes avons Ordre du Roy N. M. de prier par ce, pro Memoria S. E. le Comte de Keyserling Ministre de Sa Majesté Imperiale des Russie, qu'il represente suffisament a sa Cour, combien est vif le desir de Sa Majesté le Roy N. M. et de la Republique, que la liberté au Duc Biron, et son retablissement dans le Gouvernement du Duché ne soit plus laisse en delai, L'equité naturelle tous les Motifs du Droit, le besoin, de l'Ordre et de la Tranquillité dans le Duché de Courlande, et les sages precautions sur des nuisibles Consequences politiques font envisager cet evenement comme un des Articles essentieles des interets du Roy et de la Republique à Varsovie. —

Instructio secundum quam Delegatus Noster se accommodet, et quidem strictissime G. Vilhelm Alexander de Heyking Domus in Kalken, in Conventu Imperij Extraordin. Varsoviæ. —

Post adventum Delegati Nostri, ex instanti interest, ut summas Gratias Sacræ Regiæ Majestatis Domino Nostro Clementissimo agat, quod tanta fuerit Clementia, et nostras libertates Jura, et Leges, Salvas, et incolumes servaverit et confirmaverit. Sed quoniam Ducis Consiliarij Superiores evidentissime contra Mandata et Voluntatem justissimam Regis Domini Nostri Clementissimi peccaverant, funditus Jura fundamentalia hujus exstirpare Principatis. Libertates Nobilium supprimere Dignitatem Nobilitatis offendere conati sint. Itaq. Delegatus Noster, humillime imprecabit Clementiam Regis Dni Nostri Clementissimi, ut suam Tutelam

Regiam Nobis Clementissime, concedere, et de summo interitu Nos eliberare vellet. —

2do.

Secundum leges Nostras fundamentales, quae Generosi Consiliarij contra justitiam patrarent, dijudicanda aliter non sit, quam coram Ipsa Regia Majestate, Tum Noster Delegatus juxta Instructionem, suam Actionem Instigatoriam fundatam in decisione Commissoriali de Anno 1717. procurabit, uti etiam Criminalem Citationem mittere obstringitur. Quod attinet ad factum, Gnosi Praefecti Mirbach Delegatus Noster, Paragraphum Quintum Decisionis Judicij Terrestris inspiciat. —

3tio.

Juris Consulti Superioris Judicij plenae Nobilitati assistentiam omnem Consilia, et adjumentum contra decisionem Commissorialem de 1717. et Juramentum ab illis praestitum recusant, tunc Delegatus Noster habeat Curam ut Compulsoriale possit abtinere, in quo Juris Consulti in manolutis acciperent, sub poena in legibus expressa, ne Nobilitati denegent Patrocinium et omnes Causas, quam optime defendendas curet. —

4to.

Hunc Unionis Actum à Nobilitate factum Delegatus Noster quam optimè curabit. —

5to.

Pro Cura Paterna Regis Nostri Clementissimi, quae elucet ex Responso ad Nobilitatem misso, humillimas gratias agat, Delegati Nri interest, ut si tempus admittet hanc causam, quam optime Curae Regis Nostri Clementissimi, commendet. —

6to.

Quoniam in Privilegio fundamenti D. 5. Augusti 1748. probatio per Testes justissime approbata in causa Rusticarum praetensionum, et secundum Decretum Varsaviae die 17. Xbris. 1748. iterum renovata, itaque Delegatus Noster, Curam habeat, et hanc tamdiu iam in

Apellatione restantem causam pretensionis Gnosi de Behr de Neu Autz contra Ziepelhoff omni modo promoveat,

7mo.

Promoveat etiam Delegatus Noster juxta Statuta demolitionem Molis Angernensis. —

8vo.

Gsi Nobiles Nostri, sibi in Diario de Anno 1746. Sumptus reservant, quibus ad se defendendum, contra Consiliarios Superiores usi sunt, tum omnem impendeat Curam ut, pretensioni satisfiat. —

9no.

Si Delegatus Noster, ad Conventum Imperij Extra Ord. Varsaviæ plenam resolutionem non obtinuerit, quæ in Instructione extat, directe Aulam, adire obstringitur. Tandem quo Patriæ Nostræ, et Nobilitati prodesse potest, hoc Conscientiæ probitati Nostri Generosi Delegati Committimus; Datum Mitaviæ in Conventu Ordinum, die 6ta Julij 1750. —

Georgius Christoph: de Lundinghausen Nomine Wolf Sellburgensis Deputatus Gerhardus Dieterich Vietinghoff, Mitaviensis Deputatus. —

Otto Ioannes Bausihkensis Deputatus.

Vilhelmus, Ernestus de Medem Eicavensis Baldonensis Neugutzen Deputatus. —

Ioannes Dietrich de Holtey Doblenensis Deputatus. —

Adolphus Gustavus Grotthus Deputatus Diocesis Neuburgens: Frauenburgens: etc. —

Fridericus Casimirus Kerff Alschwangensis Deputatus.

Fromhold Ulrich d'Osten Vindaviensis Deputatus. —

Fridericus Vilhelmus de Heyking Deputatus Durbinensis.

Reinholdus Christoph, et de Drachenfels Zebelensis Deputat:

Christophel Ioannes de Osten Tuckumensis Deputatus.

Philippus Ernestus, de Bruggen Candavensis Deputatus

Henricus Benedictus de Brinkem Talensis Deputatus.

Hermanus Fridericus Grotthuss Deputatus Autzensis.

Informatio. —

Informatio

Ratione Gravaminum Gnosi Ordinis Equestris Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ, contra Gsos Consiliarios Supremos. —

1mo.

Anno 1741. Gnosi Consiliarij Supremi abdicarunt, in Nomine Ducis Ernesti Joannis sine scitu Regis et Nobilitatis, Reipublicaq, quod satis notum, uti etiam, in L. S. 1746. §. 46. ipsi Confitentur paulum post.

2do

Ad Nomina, et Sigilla eorum ppria Regimen accomodare conati sunt, uti satis ex Literis productis, Defuncti Delegati de Korff eluet. —

Et cum nullum invenirent cum hac ppositione inaudita coram Rege D. N. Cllmo. docum et contra, hac ab illis institutum Institium. p Rescriptum Regis D. N. Cllmi. de Hubertsburg dic levatum, et in quo hodierna manutenentia fundatur, tum silentio praeterierunt. —

3tio.

Rescriptum hoc coram Nobilitate postquam autem, hujus Reservationis Causa accusabantur, hujus audacia fuerant, et falsissima, referebant quasi iam ante duos Menses, Rescriptum hoc publicassent, Nobilitati Nostra, quod Rescriptum tamen non prius, quam dies quinq ante hanc supradictam Relationem falsam Mitavia publicarunt, quod ex literis eorum proprijs Circularibus, evidentissime patet. —

4to

1744. Proscripserunt Conferentiam Fraternalem, postquam vero sentiebat Nobilitas, hanc pro Juris, et contra voluntatem Regis Domini Nostri Clementissimi esse, tum hujus erat audacia et aliam formam Regiminis constituunt, quod ex Concl. Conferen. et ex Articulis Praeliminar, propriis eorum manibus subscriptis, de Anno Millesimo Septingentesimo, Quadragesimo Sexto patet. —

5to

5to.

Abrogarunt etiam Juramentum quod a tribus Partibus in Decis. Commiss: de Anno 1717. Confirmatum fuit, et quidem inscio Rege, Republica et Principatu, et in hujus locum aliud propria authoritate instituerunt, quod ex Actis de Anno 1746. satis pbatum.

6to.

Hanc Conventionem et Compositionem quam Noster Delegatus et Gnosus Cancellarius Finck composuerant hanc dico Gnosi Consiliarij, in Comitijs de Anno 1745. Diametro ejecerunt, et huic ore pleno Contradixerunt. — Quod ex Deliberatorijs ex Corpore Gravaminum ex Responsione Supremorum Consiliariorum, et ex Actu Compositionis de Anno 1746. elucet. —

7mo.

Hanc Conventionem sine ulla mentis reservatione, et Juramento fidelitatis Summa confirmatam tamen Consiliarij Supremi illam immediate corrumpere conati sunt ad malam Informationem Cancellariarum Regni, et Magni Ducatus Litthvaniæ, exportata Rescripta, quod gravamina de Anno 1747. et 1748. satis probant. —

8vo.

Anno 1748. Nobilitas, et Consiliarij Supremi, se combinabant, secundum quam Combinationem, Cassatio Gravaminum et Voluntatem ad Decisum Regis Dni Nostri Clementissimi maneat qd etiam factum, in quo contra Regis Voluntate fuit, per Rescripta contra Ducatus Leges observare decidere, itaq jussit, et voluit, ut Contra Supr. Actiones suas secundum leges Principatus instituent, nihilominus, Regis Voluntati, non satis fecerunt, quod ex Gravaminibus de Anno 1749. patet. —

9no.

Deputatos Diœcesos, qui ad Sensum ex Natura eorum Instructionum, ctra Consiliariorum Actiones injustas, in Comitijs votarent Criminaliter, eos Citabant, quod etiam cum Zabelensibus Deputatis factum. —

Cum autem Gni Consiliarij Supremi has Combinationes et Conventiones, tantoties, Juramentis firmatas, contempserunt

et nullam Voluntatem Regis Dni. Nostri Clementissimi secuti sunt, ad Leges conservandas Patriæ, tunc nullam stabilitam Pacem præsentiens, et magis magisq Compressa hacce Anno præterito Unionem facere Obligant, ad Exemplum hujus, de Anno 1684. sub Auspicio Regis, et Reipublicæ aggredi ad deliberandum Patriam omnia resolvitur. —

10mo.

Hanc vero Unionem pessimè et malitiosè descripserunt, et finem Scopumq hujus obscenissimis Terminis publicarunt, quod ex Litteris Respons. ad Dominum Torek satis evidenter patet. —

11mo

Hanc etiam Commiserunt malitiam et Nobilitatem in Comitijs præsentem quæ querebatur de injustitia Consiliariorum Supremorum, in Capacem Comitijs præsidendi, tenuerunt, Cassaq quod inauditum disposuerunt, et nutu suo abutentes, Regis Dni. Nostri Clementissimi Nomine mandarent, Nobilitati præsenti in Comitijs pecunias solvere. —

Cum vero Gnosi Consiliarij Supremi

Secundum Articulum 1mum. —

Magni ponderis, quid patrarunt nempe quod Statum mutarint, et tali modo contra Iuramentum in Decis. Comiss. de Anno 1717. peccaverunt. —

Secundum Articulum 2dum.

Reiteratur detectio periculosarum Machinationum eorum quod plane funditus Formam Status, evertere conati sint. —

Secundum Articulum 3tium.

Idem quod in Articulo 1mo. nempe qd contra Decisionem Commissorialem de Anno 1717. peccaverint.

Secundum Articulum 4tum.

Verendum ne sibi, noceant in posterum, si male sentiens, de Patria, Dux advenerit, quoniam nonnulli inveniuntur asseclæ contra Activitatem, pluralitatis Votorum fundatam in decisione Commissoriali de Anno 1642. —

Secundum

Secundum Articulum 5tum.

Suo proprio nutu, quid ponderosum, in publicis agressi sunt contra Decisionem Commissorialem de Anno 1717.

Secundum Articulum 8vum. –

Non tamen hoc in Articulo 6to. et 7mo reiteratum sed etiam contra Decisionem Commissorialem de Anno 1717. et Iuramentum praestatum et contra fundatum in LP. de Anno 1746. retursum ad Regem Dnum Nrum Clmum. neglexerunt, sed etiam contra Intentionem Regis Dni Nri Clmi., Rescripta contra Leges Patriae interpretarunt, et de facto executi sunt. Itaq eo ipso tanquam inobedientes Convulsores Legum, Refractores, Eversores Securitatis Pactorum primaevorum facti. –

Secundum Articulum 9num.

Patriam Securitate Deputatos, libertate Votorum Zelo, pro manutentia Legum, itaq etiam omni, qua Patria Nostra felicitate gaudet, spoliare conantur. –

Secundum Articulum 10mum.

Gnosi Consiliarij Supremi, Legibus obligantur, Curam Nobilitatis, et Comitiorum habere Eam Regi, quam optimi recomendare, tamenq. Itra hos peccant, cum et Nobilitatem Comitia qm malitiosissime Regi D. N. Clmo. commendant, et studio se impendunt, Curam ut Regis quam Reipublicae, in Nos gratiam effundant. –

Secundum Articulum 11mum.

Omnibus modis spoliare nos curant, quibus uti ad liberandum Patriam Nostramq reputationem possemus. –

Tum itaq Supremi Consiliarij secundum Decisionem Commissorialem de Anno 1717. non tantum bonorum Confiscationis, honorumq participes facti, sed etiam tanquam Refractores, Turbatores et Eversores Tranquillitatis, Securitatisq publicae et Hostes Patriae, poena in Legibus Sancitae digni ut puniantur. –

Responsum.

a Sacra Regia Majestate Dno. Nro. Clmo. Gnoso-Vilhelmo Alexandro de Heucking.

de Heucking Oretenus Varsaviæ datum XXIII 7bris. Anno Dñi MDCCL.

Sacra Regia Majestas Dominus Noster Clementissimus, ex Paterno quo erga Ducatus Curlandiæ et Semigalliæ fertur Amore, Omnibus dissentionibus uti fomitibus, malorum finem Cupiens ponere, Lites inter Gnosum Equestrem Ordinem et Consiliarios Supremos vel contra Domum Ducalem, Compositione amicabili dirimendas esse clementer duxit, utque Gnosus Ordo Equestris benevolè huic Sacræ Regiæ Majestati Voluntati se Conformet, Fraterno Conventu inter se agat, Gravamina quibus se læsum sentit, connotet, delegatum eligat, Eumque instructum, cum plenaria et absoluta facultate, absque omni reservatione ad se illuc, ubi Sacra Regia Majestas Dñus Noster Clmus. cum Aula Sua constitutus fuerit, mittat, idque in Anno Deo dante proximo M.D.C.C.L.I. pro primis Junij. Quod idem S.R. Mttas D. N. Cllmus. Gsis Consiliarijs Supremis ut eisdem de hac sua Regia Voluntate constet, Significare non intermittet. Interea vero, ne exacerbatio Animorum majores semper figat radices, Scripta quæcunque læsiva, et Sermones injuriosos, qui famam et honorem alicujus possent lacessere, sub gravissimis pœnis in Judicijs Sacræ Regiæ Majestatis Dñi Nrĩ Clementissimi extendendis, inhibet, et interdicit. In quorum Fidem præsentes Literæ Sigillis Regni et Magni Ducatus Litthvaniæ sunt munitæ. Datum ut Supra. —

Ad Mandatum Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nrĩ Clmi proprium. —

Rescriptum S.R. Mttis. ad Gnosos Consiliarios Supremos, pro sopiendis pretensionibus, Gsi Eberhardi Christophori de Mirbach Camerarij Regij ad Ducalem Cameram habitis, intuitu separati Br. Ducalium Rutzau variisque Generis ædificior. inibidem Comparator.

Augustus etc.

Gnosis Supremis Consiliarijs, Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ, fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam, Gnosi Fideliter Nobis Dilecti. Expositum Nobis est pro parte Gnosi Eberhardi Christophori de Mirbach Camerarij Nostri quemadmodum juxta Tenorem Rescripti Nostri ad Fidelitates Vestras dati Varsaviæ die XVIII 9bris. Anno MDCCXLVIII. intuitu relevenda Præfectura Ducalis Rutzau, a præfato Gnõ. de Mirbach Camerario Nostro, pro Summa Octuaginta Millium Talerorum Albertinorum a Camera Ducali persolvendorum, injunctum erat Fidelitatibus Vris. quatenus sine mora, post insinuationem dicti Rescripti Nostri, Transactionem cum eodem Gnoso de Mirbach, vel ejusdem Plenipotentario iniret, supra Cessionem prædictæ Præfecturæ, ejusq. pertinentiarum, juxta facultatem cedendi, quam, a Nobis obtinuerat, in puncto tamen faciendæ dictæ Transactionis sub ortas esse varias difficultates, et prætensiones institutas, tum ex Parte Fidelitatum Vestrarum, contra Camerarium præfatum Nostrum, quam ex parte illius contra Cameram et Domum Ducalem, pro quibus terminandis Fidelitates Vestræ Recursum ad Decisionem Nostram Regiam fecerunt, per Supplicas de dato Mitaviæ die 6ta Martij 1749. prætendentes Fidelitates Vestræ Camerarium præfatum finaliter decurtare debere a Summa Octuaginta Millium Talerorum Summam Octo Millium in Computationem Usus fructus, ab ipso, per quadriennium, jam percepti, ante datum Rescripti Nostri, itidem usuras ad Sex Procentum de Summis ab eodem jam perceptis, et percipiendis, in extinctionem Octuaginta Millium Thalerorum Albertinorum, è contra prædictum Gsum de Mirbach à Camera Ducali prætendisse, ultro prænominatam Summam Octuaginta Millium Thal. Alber. debere sibi adhuc refundi, Impensas quas fecit pro nova ædificanda et decora Curia omnino necessaria, propter ruinam Veteris, pro Parochialis habitationis, et Ecclesiæ non nullorumq aliorum ædificiorum in Usum Parochiæ

β

Molendinorum, et Caupone extructione, tam et Fossarum atq Viarum reparationibus, quemadmodum, et alias meliorationes necessarias, quas facturus esset, in Commodum Praefecturae, et habitantium Subditorum, quorum non Dominum ibidem agere, sed Tutorem expositum Nobis est, idq non obstantibus damnis, quae à tempore demandatae reluitionis, ab Anno nempe 1748. ad hanc diem perpessus est, propter mortalitatem pecudum et equorum atq insufficientia pauperatorum Cmethonum ad colendos, et serendos agros Ipsorum necessitate, et Frumentorum Curentiae, de proprijs subveniendo, repraesentatum, qua propter Nobis est, quatenus praefatum Gsum de Mirbach Camerarium Nostrum, non solum, circa plenariam pceptionem praedictae Summae, Octuaginta Millium Thal. Alber. et usufructuariam interea Possessionem Praefecturae Rutzau Conservare, verum avertendo, quamlibet Summae praedictae diminutionem, Eidem Gnoso de Mirbach beneficium recuperandarum meliorationum sub Hypoteca praefatae Praefecturae Rutzau Possessionis, et usus fructus reservare, Authoritate Nostra Regia dignaremus, Nos perpensis utrinq Rationibus, quoniam tenor praedicti Rescripti Nostri, pro reluitione Praefecturae Rutzaviensis, ad Fidelitates Vestras expediti nullum dubium relinquit, quin mens Nostra sit, ut Camerarius dictus Noster, realem et integram Summam Millium Thal. Alber. sine ulla quacunq deminutione percipiat, et post perceptam cedat, de dicta Praefectura, ejusq Possessione eo attento, quod sive per exclusionem praetensionum p Eundem Gsum de Mirbach, Itra Cameram Ducalem institutarum quam admissis praetensionibus p Fidelitates Vestras, contra dictum G. de Mirbach, ad Nos porrectis, illud sequeretur semp. ut diminutionem Notabilem, pati deberet, super Summam Octuaginta Millium Th. Alber. quam eidem Gnoso de Mirbach integram persolvi sine ulla Exceptione volumus, praecludendo itaq Viam quibuscunq Contentionibus Exceptionibus, et praetensionibus praesentibus atq futuris itidem Tranquillitati et Securitati illius prospiciendo

stwa Litewskiego przez godzin osiemnascie attako=
wali, a gdy im odpor dano z Zameczku, miasto spa=
lili, ludzi, i dzieci małe kłuli. Podemknęli się w tych
dniach pod Białą Cerkiew, tam zdezelowana Forteca,
magis periculo, quam defensione spirat, innych
pressur, y porabowania Domów Szlacheckich w
Województwie Naszym continuo praktykowanych,
gdy Usta i pioro wyrazić niemoże, Supplikować
będą Ichmc Panowie Posłowie Nayiaśnieyszego
Króla Jmci, aby iako Oyciec kochaiący Oyczyzny,
Powagą swoią Pańską providere raczył Securita=
tem Województwu Naszemu, i dał sposób do ube=
spieczenia Granicy Państw swoich, wyrazę impos=
sibilitatem szczupłego Woyska Partyi Ukraińskiey,
że to przy niespodzianych w tym Roku inkursyach
rozległych niemoże ubespieczyć Granic, ile kiedy
całey Rzeczypospolitey Woysko Roku Tysiąc Siedm=
set Siedmnastego, Seymem Pacificationis, non nisi
ad tempora pacis, sed non belli uformowane. A
kiedy teraz widzie Państwa Rossyiskiego przeciwko
Traktatowi Grzymułtowskiego, y Sojuszom Roku
1704. między Rzeczapospolitą a Monarchynią Ros=
syiską nastąpionym, zabwaraczaniem bespieczen=
stwa Granic, i łamowaniem ludzi swawolnych od=
stępuią. Supplikować będą Nayiaśnieyszego
Króla Jmci, aby Pańską Powagą swoią przeyrzał
Intentiones tey Monarchij, Oyczyznę swoię, a Pań=
stwo Nasze, wczesnym ubespieczył ostrzezeniem.
Donoszą Nayiaśnieyszemu Królowi Jmci recentis=
simam Cladem Naszego Woyska, że prima Junij
Furwacht stoiący, w Kalnych błotach niespodzie=
wając się żadney Inkursyi Partykularnych, tylko
pilnuiących, wykradaiących się Haydamaków, wy=
padłszy ze Wsi, Trzysta koni Kałmuków, Daniłów
i Kompanczyków, Switem napadli, Kommendanta
Kompaniy Siedmiu, Pacztow Kilkunastu na smierć
pozabijali, kilku postrzelili, inni że się do Zameczku

reiterowali, tam Auxilio Divino obronili się. —

Uzalą się Ichmć Panowie Posłowie o Tarpoczty Moskiewskie na własnych Polskich gruntach stoiące, mimo opisane Traktatem Grzymałtowskiego które Haydamaków, w Granice nasze, lud rabuiący, persekwituiąc, y goniąc za niemi, do Tarpocztów przychodzą. Tarpoczty Rabowników protegunt, a Podiazdom Naszym własnie w Polskie wstępy, postępować za Rabownikami niepozwalaią, z tey przyczyny, iż na żadne uzalenia się nasze, tak od JmćPana Generała Leontyewa Gubernatora Kijowskiego, nad Woyskiem pogranicznym Rossyiskim Kommendę maiącego, iak też na Sądach Pogranicznych Sprawiedliwości dociągnąć niemożemy. Lud swawolny Rossyiski coraz większą biorąc otuchę, coraz większe czyni w Woiewodztwie Naszym Exorbitancye. —

Po tych krewią naszych opisanych uzaleniach się, a po porzucowych, Protekcyi Pańskiey złożą naygłębsze podziękowanie Nayiasnieyszemu Krolowi Jmćiu za Oyicowską o Naszym Woiewodztwie, pamięć, że od Regimen Woiewodztwa Naszego z Klemencyi Pańskiey zadziedziczałych Constituit Senatorów, tak JWo Jmći Pana Stanisława Potockiego Woiewodę Ziemę Kijowską którego Imieniem więcey iak od stu lat Woiewodztwa Naszego zaszczycaią się, Krzesłem, iako też JW Jmć Pana, Mikołaia Kazimierza Woroniecza, ktory ex Avis, et Atavis w Woiewodztwie naszym, Sanguine Patriotico injungenda foedera przez Ziemskie Urzędy ex distributiva Clementia na Kasztelańskie postąpił krzesło, wniosą prozbę do Nayiasnieyszego Majestatu, aby Emeritos in Patria Viros, za bez przestanne w Woiewodztwie Naszym, erga publicum, Prace i Starania, pane bene merentium premiare raczył, instando oraz aby Authorisando Senatorów godnych w naszym Woiewodztwie Obywatelów, i z Obywatelami dobrze znaiących się Szafunek z łaskawości Pańskiey Urzędów Woiewodztwa, y Powiatów, nie przez inne ręce, ale przez Jasnie Wielmoznych Senatorów naszych zadziedzi=

czatym

y zasłużonym Obywatelom Woiewodztwa naszego dyspo=
nować raczył, a przeco Evitabuntur, Nieznaski w Wo=
iewodztwie naszym, wznięcone recenter przez wydanie
kilku Przywilejów na ieden Urząd z Kancellaryi Koronnych.

Oddadzą Pańskiey łaskawości potrzebną reparacyą Fortecy
Biało Cerkiewskiey, w niey przyznaczenia Garnizonu y Amu=
nicyi, aby bydz mogła capabilior, ad scelera supprimen=
da, w bunt rzucaiących się ludzi, iakowekolwiek obiectum,
Zagranicznym Fortecom będą oraz rekomendować Pańskiey
Godności Pamięci W Imę Pana Ożgę, Regimentarza teraz
partyi Ukraińskiey, który przy szczupłym woysku, ile
siły pozwalaią, tyle się exponit in defessam Woiewodztwo
Ukrainnych. In reliquo zaś prudentissime, et exacta ac=
tivitati, niniey szą Negocyacyą tymże Wielmożnym Ichm.
Panom Posłom zostawuiemy. —

Woyciech Pius Ierlicz Woyski Żytomierski. Marsza=
łek Koła Rycerskiego Kijowskiego (L.S.)

Respons na Instrukcyą Tymże Urodzo=nym do J. K. Mci Delegowanym Posłom, z Kancellaryi Wielkiey Koronney Dnia XII. Sierpnia Miesiąca Roku Pańskiego M.D.C.C.L. dany. —

Przyimuie mile J. Królewska Mość Zacnego Woie=
wodztwa Kijowskiego, Wierności, i życzliwości oświad=
czenie, y kiedy w dolegliwościach swoich, szuka w Stanach
Rzeczypospolitey skutecznej ulgi, a przy niedoszłych tylu Seymach
nieznayduie żadnego, bierze J. Królewska Mość na siebie
ten ciężar, Ratunku i Oycowskie serce stawia na Obronę
Oyczyzny. Niżeli ieszcze zacnemu Woiewodztwu Kijow=
skiemu przyszło przez posłów godnych swoich, przed Pań=
skim Majestatem stanąć z explikacyą Ruiny kraju
tameczznego przez kupy wpadaiące swawolne, zaraz na
pierwszym tey nieszczęśliwości ogłosem wymógł, J. Kró=
lewska Mość Powagą swoią, Surowe do Kommendanta
Kijowskiego, od Rossyi Ukazy, aby Exemplarna napada=
iących Tatarów była kara, y nieodwłoczna kary Exekucya.

Umocnienie partyi Ukrainskiey, przez wydane Ordynanse, JW. Kasztelana Krakowskiego będą dalszey zostaną Starostow Pogranicznych, w stanowieniu Horodowych według prawa Żołnierzy obligacya, aby samym skutkiem wypełniona była, starać się będzie Nayiaśnieyszy Pan, na ostatek i same Obywatele w wodzeniu Woysk Koronnych, mogą nieczekaiąc Seymu, dodać, z swoieyże własności posiłku, i tak wyciągnioną linią, lepiey pilnować otwartego kraiu, a wzaiemnie aby z Strony Rossyiskiey taż była ostrożność, całego swego dołoży starania Jo Królewska Mość, w Sądach pogranicznych, aby Determinacya mieysca, y Czasu była, i pilność z Strony Naszey niezawodna. Zaleca Jo Królewska Mość żeby z Strony Rossyiskiey żadney nie było zwłoki; zleca Wieczornym Ministrom Status, znieść się z Pełnomocnym Rossyiskim Posłem. A teraz z całego Województwa Obywatelów w pełnym dobroci lokuiąc sercu, Nayszczęśliwszego od Boga życzemy powodzenia. —

Na własne Jo Królewskiey Mości Rozkazanie. —

Instrukcya Wielmożnym Ichmościom Panom Antoniemu Gorzkowskiemu Staroście Czarnokunickiemu, Eliaszowi Stawskiemu Podstoliccowi Sanockiemu, Janowi Dominowi Borkowskiemu Staroście Radolickiemu Postom do Jo Królewskiey Mości z Województwa Generała Ruskiego w Wiszni, Dnia 23. Czerwca Roku 1730. podczas Seymiku Electionis JWW. Ichmściów Panów Postów za Uniwersałem Nayiasnieyszego Króla Imci na Seym Extra Ordynaryjny wydanym zgodnie de Unanimi omnium Assensu Obranym dana. —

1mo

1mo Maią Jchmość Panowie Postowie Nayiaśnieyszemu Krolowi Jmci, pokorną uczyniwszy Rekognicyą, za Oycowskie Iego pieczołowanie, że circa tranquillitatem Publicam, et Sąsiedzkich Potencyi ubespieczenie, i spokoyne za szczęśliwego Panowania Swego nietylko po Wojewodztwie Naszym, ale całym Państwie Rządzeniu Swemu poddanym, per libera całey Rzeczypospolitey Vota zanieść podziękowanie. —

2do Cała Rzeczpospolita, a osobliwie Woiewodztwo nasze, iest u siebie wypersuadowane, że Nayiaśnieyszy Krol Jmość. y Pacta Conventa Sacro sancte dotrzymuie, y obserwuie, ale dla dobra pospolitego, zdrowie swoie całey Oyczyznie potrzebne azarduie, lecz gdy co przez prywatne Osoby iakoto Jm Pana Nostycza Administratora Ekonomij, Kommendanta ludzi w Ekonomij Samborskiey znayduiących się, który nietylko że ludziom ubogim czynią krzywdę, Szlachtę, Braci naszych, aggrawacią Exekucyami trapią, ale też Jm Pana Gurskiego Vice Regenta Grodzkiego, y Stanisława Nowickiego, Subdelegata Grodzkiego Przemyślskiego, z Dekretu Trybunału Koronnego Lubelskiego, na kondescensyą Ziemianom zieżdzaiących we Starym Mieście do Ekonomij Samborskiey należącym pod wartę, wzięli, kilka dni męczyli, i gorzey niżeli występuiących, i winom podległych traktowali Ludzi. —

3tio Chłopów Dziedzicznych we Wsi Uniatycze Jm Pana Eliasza Turkuła Pułkownika Woysk Jr. K. Mci y Rzeczypospolitey, lat kilka zasiedziałych gwałtownie naiechawszy niedokładaiąc się Dworskiey Iurysdykcyi, wzięli Chałupy porozrzucali. —

4to W kluczu Lisniańskim z Laski Jr. K. Mci naznaczonego wszelkie JW. Jm Pana Turkuła Oyca Jm P. Turkułow Synom nadanym stoiący ludzie, kommendy wyżey namienioney Jm Pana Nostycza Exorbitancye poczynili, ludzi ustawicznemi Pędzaniami aggrawowali, i aggrawuią, Arędarza tameczznego wzięli, a samego Jm Pana Turkuła, Jm Pan Kapitan Korff ze dworu przymusił ustąpić Ciż sami ludzie Miasta Miasteczka i Wsie do Ekonomij Samborskiey należące, przeciwko prawu i Przywileiom Antecessorów Nayiaśnieyszego Krola Jmci nadanym krzywdę, i do ucieczki przyprowadzaią

tak dalece, że ledwie trzecia Część w tey Ekonomij znayduie się Poddanych, Sąsiedzkie Szlacheckie Wioski z Ekonomią Samborską stykaiące się aggrawuią, naieżdżaią, i do Sądów J. K. Mći z Dóbr Dziedzicznych pociągaią. – Więc Ichmość Panowie Posłowie na poskromienie praemissorum attentatorum, o danie Kommissyi J. K. Mći do teyże Ekonomij Samborskiey, y naganienie krzywd uczynionych nadgrodzenie Nayjaśnieyszego Majestatu upraszać będą. –

5to Ichmościów Panów Kulczyckich Braci Naszych, którzy za Rescryptem J. K. Mći przez Kommissarzów naznaczonych, względem zachodzących dyfferencyi między Dobrami ich Kulczycami, z iedney, a Ekonomią Samborską z drugiey Strony, otrzymawszy decyzyą Jmći Pana Karola Charczowskiego Podkomorzego Przemyślskiego, y posypanie przez tegoż Kopców, też same rozsypali, Ludzie wyżey namienioni, y tych samych Braci naszych przeciwko Prawu, Statutom i Konstytucyi, do Assessoryi pociągnęli, ażeby z swoiey Oyczyzny tarhawości, Kommissya naznaczona N. Pan Miłościwy approbować raczył. –

6to Wielebnych Oyców Dominikanów Lwowskich, względem Koronacyi Matki Nayświętszey w ich Kościele intra moenia Civitatis zostaiącym, bydz maiącym, tudzież Wielebnych Oyców Jezuitów Lwowskich, tamtych Munificencyi, tych zaś desiderium protekcyi J. K. Mći rekommendować będą. Caetera Activitati Ichmościów Panów Posłów zlecamy, tę zaś Instrukcyą Jmć Pana Marszałka Koła Naszego Rycerskiego wraz z Ichmć Pany Assessorami, aby podpisami Rąk swoich stwierdzili, uprosiliśmy. Datum Die et Anno ut Supra. –

Roch Józef Wieniawski Marszałek Koła Rycerskiego (L.S.)
Marcin z Grotkowa Łoś Podczaszy Ziemski Lwowski Assessor teyże ziemi (L.S.)
Szymon na Szeptycach Szeptycki Cześnik Lwowski Assessor Ziemi teyże (L.S.)
Paweł Józef Niedźwiecki, Pisarz Ziemski Przemyślski Assessor Ziemi Lwowskiey (L.S.)
Michał Bukowski, Podstoli Sanocki Assessor Ziemi teyże. (L.S.).

Respons na Instrukcyą Tymże Urodzonym do J. K. Mći delegowanym Postom z Kancellaryi W. K. Dnia 15. Miesiąca Sierpnia Roku Pańskiego M.D.C.C.L. dany. —

Dziedziczna wolnego Narodu ku Panom swoim życzliwość, a ukorzeniona w Zacnym Województwie Ruskim, kiedy się dziś Majestatowi przez Godnych ogłasza Posłów, natychmiast znayduie zniewolone Dobrocią Serce Pańskie. Ubolewa nadtym J. K. Mość, że Dyspozytorowie Dóbr Jego Stołowych, daią Obywatelom, zacnego Wdztwa do Skargi Okazyą, dla których Satysfakcyi wydać każe Nayiaśnieyszy Pan prętką Kommissyą. Teraz utorowana Wiernościom Poddanych do Tronu Pańskiego droga, ta zbawczą Monarchy ustawą, Obywatelom zacnego Województwa zostaie otwarta. —

Na własne Jo K. Mći Roskazanie. —

Literæ a Præ-Nobili Magistratu Gedanensi, ad Illmūm et Excellentissimum Dnūm Supremum Regni Cancellarium, in Negotio Differentiarum Magistratus, cum Communitate dictæ Civitatis. —

Illustrissime etc

Quam afflictus, quam qm perturbatus sit Status, hujus Civitatis, notum est, Illmæ Excellentiæ Vestræ, cui pro singulari erga eandem fiducia, varijs occasionibus, eum exposuimus, et deputati ex Nostro gremio, Varsaviæ nunc Commorantes procul dubio prolixius exposuere multum certi exinde, quotidie capimus dolorem, qui vel hoc ipso augetur, quod invidiosis delationibus, apud Sacram Regiam Majestatem, tam graviter accusati simus, ut nec defensiones Nostræ locum inveniant, nec Deputatis Nostris, ad Clementissimum Optimumq Principem aditus pateat, cum tamen missi ex tertio Ordine Cives, ad publicam nuper admissi

fuerint audientiam, quod Manifestum postpositionis Argumentum indignationis Regiæ, contra Nos excitatæ, gravitatem quam inter maxima Nostra Mala nupe-ramus, satis evidenter indicat. —

Nos quidem sub fide et Conscientia sustinere possumus, quod ejus Criminis non simus Nobis Conscij, quo gravissimam hanc pœnam mereamur, ut pote, qui nec Fide, nec Devotione, nec Obsequio humillimo erga Sacram Regiam Majestatem, hactenus defuimus, nec unquam decrimus, sed integram et illibitam, debitæ Subjectionis, semper conservabimus gloriam. Quod enim Nobis objicitur, recuperandæ Regiæ Gratiæ obstaculum, ultima nempe Electio Magistratus, ac si contra Mandatum Sacræ Regiæ Majestatis peracta, hujus Circumstantias Notabiliores, si Illustrissima Excellentia Vestra, partim in Informatione Nostra humillima Die 3tia, Mensis Aprilis, ad Serenissimum expeditæ, et Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, à Secretario Nostro tradita, partim, in speciali scripto, pro justificatione Electionis ultimæ Composito, et cum Illustrissima Excellentia Vestra Communicato, adductas penitus examinare dignata fuerit, certi sumus eandem tanqm competentem, et justum Judicem pronuntiaturam, non Nos, sed potius Tertium Ordinem, contra Mandatum Regis peccasse, qui recedendo longissimè ab antiquo, et in Juribus fundamentalibus hujus Civitatis fundato Consultandi modo, circa præsentandos, ad Consulatum, et Scabinatum Mercatores, multos enormes Comisit novos quorum principui fuere, quod non in qualibet quaterca, a singulis ejusdem Membris ex præscripto Juris, et antiquissimæ praxeos Vota colligebantur, nec secundum Votorum pluralitatem, cujuslibet quateriæ concludebantur, sed introducta Authoritate propria nova Consultandi Methodo, quam tertius Ordo in Gravamine LXI. Sacræ Regiæ Majestati proposuit, et non expectata Declaratione Regia, Singulis cujuslibet quateria membris dedit potestatem inscribendi peculiari. Schedulo præsentandorum Nomina, ex quibus non singularum, sed omnium collec-

tivo

sumptarum quaternarum Schedulis postea Votorum plu=
ralitas collecta, quæ abnormis, et prorsus inusitata Collec=
tio amplam ab usibus circa præsentationem præbuit Occa=
sionem, uti in allegatis Scriptis fusius Ostenditur. Deinde
quod neglecta Admonitione Paterna S. Regiæ Majestatis
de præstandis non nisi idoneis, et dignis Mercatoribus. Ter=
tius Ordo, tales etiam præsentaverit, quales ad supplicanda
in Consulatu, et Scabinatu Vacantia loca, Nos pro Con=
scientia Nostra, sumere non potuimus, sed ex præscripto
Juramenti Electionis, obligati fuimus, extra præsentatos
eligere Viros, ex Numero Mercatorum qualitatibus ad
obeunda Munera publica requisitis præditos, quod ipso Nos
Intentioni Sacræ Regiæ Majestatis satisfecisse arbitra=
mur. Et quemadmodum Deo Teste, confirmare audemus
Nobis nunquam in mentem venisse, qualicunque Actione
Nostra Sacram Regiam Majestatem offendere, quod pie=
tas, fides, et obsequium Nostrorum humillimum nun=
quam permittent, ita, nec in ultima Electione Magi=
stratus, quam sine ullo Condictamine, sine ulla factione,
et umbra illius factionis religiosæ peregimus, aliud
propositum habuimus, nisi ut Voluntati Regiæ de eli=
genda ad Consulatum, et Scabinatum tertia parte,
Mercatorum dignissimorum Nos conformaremus.
Quod cum certissimum Nobis sit, acerbissimo sane af=
ficimur dolore, quod contrarium Nobis imputetur, quodque
innocenti, et Candido agendi modo, indignationem Re=
giam incurramus, cum interea tertius Ordo, qui uti
dictum, contra Mandatum Sacræ Regiæ Majestatis,
in præsentatione aperte egit, nulla Animadversione
notetur, sed clementer potius accipiatur, et Regia Gratia
exultet, quam et nos omnibus, quæ in potestate Nostra
sunt, medijs recuperare paratissimi sumus, modo a no=
bis non postuletur, quod salva Conscientia facere non
possumus, quodque humillime deprecamur, ut nimirum
remotione duorum Collegarum Nostrorum, quos extra
præsentatos, a tertio Ordine, ob Singularem eorum præ=
dentiam, Experientiam et egregia erga hanc Civitatem
merita, cum membra tertij Ordinis adhuc essent, ad
Consulatum elegimus aditum, ad Clementiam Sacræ
Regiæ Majestatis, nobis patefaciamus, perspectum
certe habemus Principem Optimum, et Clementissimum
id a nobis non postulaturum, si modo de Candore et
innocentia Nostra in negotio Electionis fideliter in=
formetur.

quod ut Illustrissima Excellentia Vestra, pro sublimitate et Authoritate Muneris sui / quam fortiliter tueri velit, nec alios incompetentes Judices, cognoscendis et dirimendis Civitatum prd. Controversijs se ac ingerere patiatur: / gratiosissimi facere, Nosq; pristinæ Regiæ Gratiæ, sine qua Vitam Nobis acerbam esse ingenuè fatemur restituere, Deputatis Nostris salutarem, apud Sacram Regiam Majestatem Dnum Nostrum Clementissimum Accessum mox procurare, et in complanandis gravaminibus, Contrarios, a Tertio Ordine iniq; motis, æquum et propensum, pro veteri erga nos benevolentia, Arbitrum se præbere, in primis vero Operam suam, et validas remonstrationes, eo efficacissime impendere dignetur, ut abrogata præsentatione Tertij Ordinis, quæ certe Antiquo Juri liberæ Electionis, cum quo hæc Civitas ad Regnum Poloniæ accessit, adversatur, nec in ulla Regalis prd. Civitate locum habet Magistratus hujus Civitatis, circa prærogativas suas Conservetur, et leges boni Ordinis, sive subordinationis, sine qua nulla Civitas diu subsistere potest, diligenter observentur. His enim neglectis, concessaq; Communitati nimia potestate, quam hactenus licentiose usurpavit, et in posterum certè usurpabit, nisi intra Cancellos Officij sui serij contineatur, actum est de Juribus hujus Civitatis, actum de ejusdem Salute et dignitate. Quod Illustrissima Excellentia Vestra, pro consummata prudentia sua facile agnoscet, si gravissima, quæ ex protensa Tertij Ordinis præsentatione, promanant præjudicia consideraverit, quorum præcipuum est, quod Magistratus, vilioribus, et inidoneis viris impleberitur, qui Civitatem, in bono, et florenti Statu conservare nequeunt, adeoq; recepta Regiminis forma Salutaris, in aliam, quam politici Ochlocratiam, sive deforme populi Regimen appellant, more degenerabit, quod testantibus Historiarum monumentis, diuturnum esse non potest, sed certam inevitabilemq; cui libet Civitati accelerat Servitutem et Ruinam. Cum vero Civitas Gedanensis non indignum, nec inutile Reipublicæ sit Membrum,

moretur omnino ut ab ista, quæ Ei imminet, fatabilitate funesta servetur, et profecto Deo Auxiliante servabitur, si Illustrissima Excellentia Vestra, tanquam Vigilantissimus Legum Custos, Operam, et Officia sua, apud Sacram Regiam Majestatem, Sapientissimum Principem, eo efficacissime impendere voluerit, ut Complanatis amicabiliter Controversijs, a male contentis Civibus contra Magistratum motis, et legitima probatione destitutis Iura libertates, immunitates, laudabiles Consvetudines, et Antiqua hujus Civitatis forma Regiminis Sarta tecta uti in Diplomate Amnestiæ, et Confirmatione Jurium generali Sacra Regia Majestas Dominus Noster Clementissimus promisit Clementissime, maneant. De quo Justitia Clementiaq Regiæ Documentis plane non dubitamus, nec est, quod Illustrissima Excellentia Vestra, de Nostra gratitudine, quam Ei pro præstitis, et præstandis, hisce difficillimis temporibus tot Officijs gratiosissimis debemus, dubitet, ut pote qui ea omni oblata occasione paratissima promptitudine devenerari non omittemus. Ita nos et hanc Civitatem, constanti gratiæ Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, cui firmam Valetudinem, et omnem rerum optandarum prosperitatem, pientissimis Votis apprecamur, observantissime Commendamus. Dabantur Gedani, die 26ta Junij Anno 1750.

Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ.

Ad Officia paratissimi

Pro-Consules, et Consules Civitt Gedanens.—

Literæ Supplices ad Sacram Regiam Majestatem Ejusdem Magistratus in eadem Materia.—

Cum nihil nobis acerbius in hac Vita decidere possit, quam privari Clementia, et Gratia Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Domini Nostri Clementissimi, hanc enim pro unica felicitate

Nostra devotissime habemus. Non possumus quin Sacram Regiam Majestatem Vestram Dominum Nostrum Clementissimum, quem Actionibus Nostris Offendere, nunquam Nobis in Mentem venit, supplices obtestamur ut deposita Clementissimè indignatione, cujus gravitatem diutius ferre nequimus, Nos Fideles et humillimos Subditos, in pristinam Gratiam suam exuberantissimam, recipiat, atq omnia, quibus contra Intentionem Nostram Sacræ Regiæ Majestati Vestræ Domino Nostro Clementissimo displicere potuimus, pro magnitudine Animi Regij Nobis condonat. —

Sacra Regia Majestas Vestra in his terris pulcherrime Vices gerit Numinis Sanctissimi, Cujus Virtutes Clementiam, et misericordiam, quotidiè imploramus, non dubitamus fore, ut hoc quoq divinas Virtutes, respectu Nostri Paternè imitetur, atq nos afflictissimos benignitate sua Regia exhilarare, clementissimi dignetur, demississime rogamus.

Plura Verba includit dolor, quem ordinare difficile est, et loqui petimus, itaq ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario, ut pro Nobis, et pro Salute hujus Civitatis, apud Sacram Regiam Mttem. Vestram Dominum Nostrum Clementissimum Intercessionem agat. Cujus Intercessionem, et Remonstrationes ut Sacra Regia Mttas Vestra, benignissime exaudiat, et in Animum suum Paternum admittat, omni quæ Fideles Subditos decet Pietate, Fide, et Obsequio, humillime obsecramus. —

DEUS, Sacram Regiam Majestatem Vestram, Dominum Nostrum Clementissimum, diutissime fortem, et hilarem servet; Dabantur Gedani die 26. Junij 1750.

Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ
Humillimi, et Fideles Subditi
Pro-Consules et Consules, Civitt. Gedanens. —

Literæ, à Præ-Nobili Magistratu Gedanensi, ad Supremum Regni Cancellarium in eadem Materia scriptæ. —

Illustrissime etc.

Ex Literis Nobilium Deputatorum è gremio Nostri, Varsaviæ pro obtinenda et Confirmanda Gratiâ Regia Commorantium, pluribus multo cum dolore intelleximus, Supplices Literas Nostras ad Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum, die 26 Mensis præteriti datas ab Illustrissima quidem Excellentia Vestra acceptas fuisse, a Serenissimo vero rejectas, Eundemq in hac voluntate sua firmiter persistere, ut ultima Magistratus Electio, quo ad personas extra præsentatas, à tertio Ordine, ad publica munera electos, annuletur, quod contra mandatum, et Rescriptum Regium peracta sit. —

Debemus proh dolor, hoc malis Nostris, quod juxta desideria, gravamina, et humillimæ Remonstrationes Nostræ ad Thronum Sacræ Regiæ Majestatis Dñi Nostri Clementissimi, non deferantur, nec quisquam eas deferre audeat, cum contra querellæ, et occupationes, male contentorum Civium cujuscunq sint generis Serenissimo facile denuntientur, exponantur et benigne exaudiantur. —

Quid enim clarius est, quam tertium Ordinem in negotio præsentationis, contra Rescriptum et Voluntatem Sacræ Regiæ Majestatis, aperte egisse. Quod Rescripta ipsa inspectio confirmabit, dum non solum novo prorsus, ac Juribus hujus Civitatis contrario modo /: uti jam in Superioribus Nostris ad Illustrissimam Excellentiam Vestram die 26. Mensis Junij exaratis, et alia occasione prolixe exposuimus :/ præsentandos ad Vacantia, in Consulatu, et Scabinatu loca, Mercatores elegerunt, sed etiam neglexere. Paternam Sacræ Regiæ Majestatis admonitionem, ut seposita omni alia Consideratione, non nisi Capacitatem merita bonamq famam, et alias Commerciorum rationes, respiciendo dignissimum quemq ex tertio Ordine, et Universa Mercatorum Societate præsentarent. —

Hoc non obstante, ne levi quidem Animadversione notantur, nec deprecati hanc Manifestum Regij Rescripti Contraventionem, benigne a Serenissimo excipiuntur, admittuntur ad Audientiam publicam, alijsq succulentis Regiæ Gratiæ Documentis, quasi boni

fideles et obedientes Cives gloriantur. Nos contra qui ex praescripto Officij, et Juramenti Nostri, Voluntati Regiae satisfacere studuimus, existimantes Illustrissimum Clementissimumq Principem, ut in alijs negotijs, Jura Salutem et decorem, hujus Civitatis afficientibus ita, et in arduo Electionis negotio, id maxime velle, quod Jura et Salus Civitatis volunt; Ideo, Regiam indignationem incurrimus, quod extra praesentatos, a tertio Ordine, ad publica munia elegimus Viros, Virtute meritis, et amplis negotiationibus conspicuos. Et quam etiam hunc innocentem agendi modum, quia Sacrae Regiae Majestati Domino Nostro Clementissimo displicet, humillime deprecamur, nulla habetur deprecationis Nostrae ratio, omni occasione postponimur, quasi indigni Gratia Regia; ideoq authoritas, quae Nobis tanquam Magistratui debetur, à Civibus et populo, licentiose convellitur, et prorsus conculcatur. –
Quod uti, cum Justitia Sapientia et Clementia Sacrae Regiae Majestatis Domini Nostri Clementissimi, plane conciliare non possumus, ita pro singulari erga Illustrissimam Excellentiam Vestram fiducia, eandem celare non debemus, suggestum fuisse Nobis, ut pro recuperanda Regia Gratia Intercessionem, tam apud Status et Ordines Terrarum Prs. etc. Reliquos Illustrissimos Reipublicae Proceres, quam apud Serenissimos Principes imprimis apud Serenissimam Russorum Imperatricem, vigore Solennis de conservandis Juribus Nostris Sponsionis, seu uti loquuntur guarantia quaereremus, publicato Statu Caussarum Electionis nempe, et dissidiorum, inter quosdam male contentes Cives et Magistratum exortorum. Sed noluimus hactenus talibus uti remedijs, ne Paternae Sacrae Regiae Majestatis Domini Nostri Clementissimi Benignitati, et Illustrimorum Ministrorum Status, praecipue vero, Illustrissimae Excellentiae Vestrae, sublimi prudentiae, et gratiosissimae erga Nos, et hanc Civitatem propensioni, diffidere videremur. Proinde Eandem praesentibus iterum perobservanter convenimus, et per Virtutes ipsius Illustrissimas, per Sublimitatem Muneris sui, et per amorem Reipublicae, cujus certe interest,

ut Civitas hac, in Statu pristino conservetur, obtestamur, ut suis interpositis Officijs validissimis, apud Serenissimum, eo remonstrationes suas efficacissime intendat, quo Regia Gratia, sine qua Vitam acerbam agimus, mox restituta, circa Iura Privilegia, Libertates, et Immunitates Nostras, integras, et violatas conservemur. Facile enim Illustrissima Excellentia Vestra consummata sua prudentia providebit, gravissimaq; huic Civitati inferrentur praejudicia, si per Rescripta Regia Iura Civitatis antiqua et Cardinalia /: quale est Ius liberae Electionis :/ tollere liceat, et si sub specioso Praetextu Regiae Authoritatis nunquam laedendae, Praescripta quamvis Iuribus contraria, ad Executionem deduci debeant. Cum vero Sacra Regia Majestas Dominus Noster Clementissimus, id constanter Nobis injungat, ut Electi nuper, ad Officia Magistratus publica, extra Praesentationem Ordinis Tertij, Mercatores ab ijsdem Officijs removeantur, non certe nec huic potentissimo Mandato /: a quo nec Informationibus, nec precibus nec deprecationibus humillimis Serenissimus se dimoveri patitur :/ resistere valemus, quin potius suo scribimus, humillime hoc etiam in passu voluntati Sacrae Regiae Majestatis Domini Nostri Clementissimi, quam effective Nobilibus, Constantino Lehmann, et Balthasaro Ehlert Consulibus, extra praesentatos Ordinis Tertij electis, jam denuntiavimus, ut nempe, à gerendis Officijs Consularibus abstineant, adeoq; nec ad Consilia publica, nec ad Sessionem, in Consulatu Convocantur freti coeterum Clementia et benignitate Paterna Sacrae Regiae Majestatis Domini Nostri Clementissimi fore, ut Semoti viri, probi certe, et jam in Tertio Ordine Officijs cum summa Fide, dexteritate et applicatione, per longam Annorum Seriem defuncti iterum, ad Collegium Nostrum convocari queant. Hanc itaq; Submissionem Nostram, ut Serenissimo Regi Domino Nostro Clementissimo, Illustrissima Excellentia Vestra haud gravatim insinuare dignetur, utq; in reliquis omnibus Negotijs Nos, et hanc Civitatem spectantibus, Intercessorem interpretem Deprecatorem, et Iurium hujus Civitatis vigilantissimum Custodem

in examinandis etiam gravaminibus, et componendis amicabiliter dissidijs, aequum se praebeat Arbitrum, omni qua par est observantia, et devinctissimi Animi Cultu observamus.

Non est quod dubitet Illustrissima Excellentia Vestra de Gratitudine Nostra, dabimus certe Operam, ut omni oblata Commoda occasione praestita, gratis Officijs erga Illustrissimam Excellentiam Vestram demereamur.

Quibus pleno venerationis Cultu expressis, post Vota firmae et inconcussae Valetudinis, omniumque optandarum prosperitatum, Nos et hanc Civitatem Constanti gratiae Illustrissimae Excellentiae Vestrae Observantissime, Commendamus. Dabantur Gedani, die 7ma Julij Anno Domini 1750.

Illustrissimae Excellentiae Vestrae ad Officia paratissimi Pro-Consules et Consules Civitatis Gedanensis. —

Rescriptum
quo Vacantia loca in Consulatu, et Scabinatu Gedanensi adimplentur. —

Augustus etc.

Non dubitamus Rem Civitatis Nostrae Gedanensis publicam, et Commerciorum Incrementa neque melius promoveri posse, neque etiam ullum celerius, aut salubrius restituendae internae Concordiae superesse remedium, quam cum Vacantia in Magistratu loca, assumendis Mercatoribus, et lege, et Votis Civium destinata, quam totius personis Universitati gratis adimplebuntur. Cum igitur commendatam habeamus dexteritatem, prudentiam, et boni publici Amorem, quibus Nobilis Ludovicus Jantzen, Scabinus modernus, et Spectabiles Nathanael Gottlieb Rychter, et Wiernik Mercator, et ad Aulam Nostram Deputatus, Fiduciam Communitatis sibi conciliarunt: Proinde incitati Paterna Nostra Indulgentia Fidelitatibus Vestris, significandum esse censuimus, Easdem nec acceptius, nec fortius Vestri Sinceri, de redintegranda Gratia Nostra Regia,

bene merendi documentum Studij dare posse, quam si
Nobilem et Spectabilem, Jantzen, et Rychter ad duo
vocantia Consiliaria. Jam vero Spectabiles Eichstedt
et Wiernik, ad duo Vacantia Scabinalia loca, Sponte
Vestra promovebitis, et more consveto Electos, ad Ac-
tualem Officiorum horum Occupationem, sine ullo
temporis dispendio vacabitis. Quam Fidelitatum Ve-
strarum obsequentiam, Regia Nostra Clementia, et pro-
pensiori in Vos voluntate compensabimus. Dabitur
Varsaviæ, die XX. Mensis Julij Anno Domini
M.D.C.C.L. Regni vero Nostri XVII. Anno. –

Augustus Rex. –

Rescriptum Sacræ Regiæ Majestatis seu remotio Lehmann. Ehlert et Uphagen perperam Electorum Confirmatur.

Augustus Tertius. etc.

Cum tam ex Relatione Magnifici Supremi Regni
Cancellarij, quam ex literis Supplicibus Fidelita-
tum Vestrarum Informationem habuerimus, quomodo
Fidelitates Vestræ, inhærendo Rescripto Nostro ultima-
rio Suspensionis, ab Officijs Consulari, et Scabinali
Spectabilium Constantini Lehmann, et Balthasari
Ehlert, ac Petri Uphagen eosdem a prædictis Officijs
removistis, nos eandem remotionem, pro documento
Fidelitatis debitæ Vestræ erga Nos Obedientiæ, accep-
tando hanc Confirmem, voluntati Nostræ submis-
sionem Personarum remotarum, nihil honori ea-
rum nocere debere mandamus, imo licet si hæc loca
tam in Consulatu, quam in Scabinatu pro vacantibus
declaranda esse censemus, prouti actualiter declara-
mus, et Amotionem a Fidelitatibus Vestris factam,
Regia Nostra Authoritate confirmamus. Nihilominus
personas prædictas, in Gratiam Nostram Regiam
assumimus, et in posterum omnium in Civitate

Dignitatum Ordinatione tamen nostra per omnia sal=
va capaces esse statuimus. Dabantur Varsaviæ
Die XX Mensis Julij, Anno Domini M.D.C.C.L.
Regni vero Nostri XVII. Anno. —

Copia Literarum Illmi Supremi Regni
Cancellarij ad Pr. Nobilem Dominum
Burgrabium Civitatis Gedanensis scrip=
tarum, Varsaviæ, die 21. Julij 1750. Anno.

Pr: Nobilis et Spectabilis Domine
Amice Honorande.

Cum jam Civitas Gedanensis, compositis Fluctibus,
ferocitate Ventorum, non amplius agitatur, Gratulor
toti Civitati antiquum rerum Ordinem, et Mala=
ciam. Sed quoniam restant aliqua perficienda,
summo dolore afficerer, si jam in portu accideret, quod
Deus avertat. Naufragium, recepti a Sacra Regia
Majestate, grato Animo Pr. Nobilis Magistratus,
Deputati expediti, gratiore Ordinatis, quo ad bonum
Ordinem Civitatis perlecta, unum quod adhuc desi=
deratur, ut Pr. Nobilis Magistratus, Recommen=
dationis Regiæ habeat Respectum, et Personæ quas
Literæ Sacræ Regiæ Majestatis demonstrabant lo=
cum, quantotius, in Magistratu adipiscantur, cum
tota Polonia se Conformare vult, Intentioni Regiæ,
esset in gloriosum Pr. Nobili Magistratui, si non
anteiret vota Principis. —

Serenissimus Rex Dominus Noster Clementissimus
ex retardatione Suspensionis Personarum ab Officio
sensit inflictum sibi vulnus, lenivi dolorem et Cau=
tionem dedi de futuro. Peto itaq: ut Dominatio Vestra
ex munere Burgrabiali agat Rem Principis, ne iterum
recrudescat malum, et ne spes meæ eludat me et Do=
minationes Vestras, removeant a Gratia Principis,

Confido nihilominus Summæ, in gerendis Rebus prudentiæ Dominationis Vestræ, et quæ felicia pro bono Civitatis eventura mihi propono, et maneo candido affectu. — Præ: Nobilis etc.

P.S. Literæ ad Præ Nobilem Dominum Wahl scriptæ fusius desiderium Regis exponent. —

Copia Literarum ab Eodem Excellentissimo Supremo Regni Cancellario ad Dnum Wahl Præ: Consulem Civitatis Gedanensis scriptarum, die eadem ut supra. —

Præ: Nobilis et Spectabilis etc

Jam tandem Res Dantiscana stetit in portu salutis, post perlectam pro bono Civitatis Ordinationem Regiam, quæ tam querellis Communitatis, quam Dominationum Vestrarum, multis incommodis, Finem imponet. —

Gratta fuit Serenissimo Principi, Præ: Nobilis Magistratus Submissio, et vera devotionis erga Regem per Deputatos suos exhibitio, et ut ulteriorem demonstrent, non est multum mihi allaborandum, quia cum tota Polonia, concurrit Votis suis, ut bene boni Principis satisfaciat, desiderijs, mirum esset, si Consulatus Gedanensis difficultates quæreret, quæstas obtruderet. Serenissimi Regis Nostri Clementissimi, directæ literæ ad Magistratum Recommendationis Personarum sibi gratarum ad vacantia loca explicant, satis mentem ejus in tantum, in quantum a longè informari possunt, sunt omnes personæ benè meritæ de Civitate, est unica, cui Dominationes Vestræ vellent dare exclusionem, ita suppono, hoc est Domino Wiernik, ex quo Personam hanc, uti motorem omnium consideratis, ad hoc brevi respondeo. Non

miror Dominationes Vestras suos sensus, doloris habere, quia sunt homines, Serenissimus tamen Rex fulcit ipsum Protectione Regia, quia non peccavit, dum in suis negotijs Recursum ad Dominum suum legitimum fecerit, et Causam caeterorum promoverit. Est autem interesse Dominationum Vestrarum, ut Dominus Wernik sit in Scabinatu, Nam ille si est factiosum Caput, prout mentibus illorum inhaerere potest, per promotionem ad Scabinatum, dimovebitur a Communitate, ubi motus aliquos continuare posset, juxta antiquum Axioma promoveatur, ut amoveatur. Cum autem in negotio publico loquor, prudenti Viro descendo ad Personam ejus particulariter. Serenissimus Rex Dominus Noster Clementissimus, informatus est, Dominationem Vestram Prudentia et Meritis suis tantum valere in Consulatu, ut Sensus sui semper inveniat, Sequaces ideo quidquid evenit in Civitate Gedanensi, Dominationi Vestrae attribuitur, quo casu idcirco Recomendatio Principis non haberet locum tota Regia Instigationis moles, caderet in personam Dominationis Vestrae, Rogo itaque, ut Reflexiones meas, pro vera meae Amicitiae Tessera recipiat, et ut Voto Regis, se se accomodet. —

Non est opus, Dominationi Vestrae demonstrare habere Principis innumeros modos, beneficijs comulandi, et totidem mortificationibus obruendi sine Gratia Regia, vivere vix possumus, idcirco et Dominationi Vestrae, è re est, ut eandem querat, si non pro se, pro suis saltem descendentibus, et agnatis. Cum alterum Respectus Recommendationis Regiae in futura Electione locum habebit. Gloriae Dominationis Vestrae id cedet, et malevolorum sinistrae interpretationes confundentur, quantum ex me, licetsi huusque nulla mihi data est occasio, alendae cum illo Amicitiae, nihilominus cautionem dedi, de propenso ejus Animo, accomodandi se Voluntati Regiae, et spes meas elusas, esse non arbitror, Unicum quod superest, et desideratur, iam praesuppono Electionem

faciendam personarum, ad Regiam Recommendationem requiritur, ut promte p̄ficii possit Lex Dominationibus Vris. non determinat Diem Electionis, nisi antiqua Consvetudo, si Dominationes Vrae, diem 3tiam Augusti, inter alias lotitiae demonstratis vellent Electione Personarum, per Serenissimum esset, et tunc videret Rex, fortitudinem Amoris in Cordibus Civium, Quo ad me, in particulari gaudebo, de omni prosperitate Dominationis Vestrae, et Valetudine, quam Cordicitus a DEO, ter Optimo Maximo voveo et maneo Animo propenso. —

Responsum, a Throno Illustrissimi et Excellentissimi Supremi Regni Cancellarij, Nobilibus Deputatis, à Magistratu Gedanensi, ad Sacram Regiam Majestatem missis. —

Quot Provinciarum Dominus, tot Populorum Pater, cum et videri et esse semper voluit, Serenissimus Rex Dominus Noster Clementissimus indoluit adversis Fatis rem geri Gedani, ex quo publicam totius Regni felicitatem, gloriosum Regiminis sui partum exulare, ab hac Urbe animadvertit, eo magis quod Civitas hac praestantiorum Virorum prudentia eminens, amplissimis clara Privilegiis, Ordinis Equestris Praerogativas, adaequans, vario genere Commerciorum posset undique trahere ad se opulentiam, nunc internis inpraeceps ruit Contentionibus. Placuit Sacrae Regiae Majestati D. N. C. pertinaciae malorum, Authoritatem suam opponere, et trutinatis Communitatis Querellis, perpensis. a Nobili Magistratu Responsis, et repraesentationibus, ita in rem boni publici decidere, ut cujusvis Calamitatis, tollatur materia, et eo intuitu Ordinationi, seu perlegendae Diem hodiernam, non recedendo determinat. —

Cum vero Serenissimus Rex Dnus Noster Clmus, leni quidem motu, Obsequij amorem, redire agnoscit, non vult suam Majestatem, tristi Severitate cingi

sed prœeunte Clementia redüit mentem etiam ad præ=
mia, propter hos, quas publica movebunt Commoda.
Accedite ijs partibus Nobiles Viri, quibus magnani=
mam Optimi Principis, provocabitis semper virtutem,
et Protectionem. Accedite ad osculum beneficæ manus,
post hos, Gratiam Regiam cœteris relaturi. —

Literæ a Præ: Nobili Magistratu Gedanen=si ad Illmum Excellentissimum Dominum Supremum Regni Cancellarium in eadem Materia scriptæ. —

Illustrissime etc.

Attulit Nobis die 27. hujus Mensis Cursor Extra
Ordinarius Varsaviæ, a Dominis Deputatis, è gremio
Nostri expeditus. Fasciculum Literarum, in quo
non solum bina Rescripta Sacræ Regiæ Majestatis,
Domini Nostri Clementissimi die 20 Julij, a Can=
cellaria Regni Majore emanata, quæ summa devo=
tione veneramur, sed etiam Illustrissimæ Excellen=
tiæ Vestræ, duæ Epistolæ, altera ad Nlem Dominum
Burgrabium Christianum Gabrielem a Schroedern,
altera ad Nobilem Dominum Ioannem Wahl, Pro=
Consulem hujus Civitatis, Collegas Nostros prædic=
tos directa inclusa erant, quas uterque Nobis com=
municavit. —
Certa esse potest Illustrissima Excellentia Vestra,
gratiosissimum semper Nobis esse, si Mandatis
Regijs obsequi possimus, ea obsequiorum promptitu=
dine quam et Fides in Principem, et Amor in Patriam
postulant. —
Cum vero tam prædicta Regia Rescripta, quam
Epistolæ, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, ad prælau=
datos Collegas Nostros, exaratæ, quantum ex Com=
municatione illarum intelleximus, negotia maximi

momenti contineant, quæ multa et matura indigent delibe ratione, super istis vero et reliquis negotijs, Jura et Statum afflictæ hujus Civitatis afficientibus Domini Deputati Varsaviæ hac tenus traderunt consequenter necessariam elucidationem, sufficientemque informationem Nobis impetrire possunt. Proinde consultum esse duximus deliberationes Nostras, super istis Materijs gravissimis instituendas, usque ad illorum reditum, ad quietes, qui in horam expectatur differre. Neque enim ut Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ingenue fateamur absque prævia elucidatione, et expositione Circumstantiarum et pertinentium, quæ a Sacra Regia Majestate Domino Nostro Clementissimo Nobis injunguntur, quæque Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, præfatis Dominis Colegis Nostris instanter Commendat, cum pietate Justitiæ et Clementia Optimi Principis et Patris Patriæ Indulgentissimi, atque cum gratiosissimis promissis, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ de Conservandis tam liberæ Electionis, tam reliquis Civitatis hujus Juribus conciliare possumus. —

Reliquum est ut Illmæ Excellentiæ Vestræ bonam et infirmam Valetudinem cum omni prosperitatum genere, a Deo Optimo Maximo, pijs Candidisque Votis, apprecantes Nos, et hanc Civitatem Constantissimæ ejus Gratiæ perobservanter Commendemus. Dabantur Gedani die 31. Julij 1750.

Illustrissimæ etc.

Literæ Responsoriales a Pro-Nli. Dnõ Wahl Præ Consule Civitatis Gedanensis, ad Illmũm, et Excellentissimum Dominum Supremum Regni Cancellarium scriptæ.

Illustrissime etc.

Benignitatem plane singularem Literæ Illmæ Excellentiæ Vestræ Varsaviæ die 21ma Mensis hujus exaratæ abundanter mihi testantur, qui cæteroquin Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, ne Nomine quidem innotuisse promereor, ac proinde hoc gratiæ documentum vere eximium, submississimo cultu devenerer necessitatem mihi impositam sentio de me ipso quædam exponendi, quam Ego Scriptionem, lubentius modestissime depreaturus fuissem. —

Placuit

Placuit Providentiæ Divinæ, ut ante hos omnes triginta
ad Scabinatum post ad Consulatum Civitatis hujus vocaret,
sine omnia Ambitu meo, sine præsentatt, quæ interea tem=
poris mihi singularitim administranda judicanda, peragen=
da, Comissa fuerunt Cordate pro qualicunq captu meo ex=
pedire studui, ita tamen ut, unicuiq qui non satis æque
Causam suam ame tractari existimaret. Non tantum
non obstarem, sed etiam Author, et Svasor fierem, ut ad
meos Superiores contra me querellam deferret, et Reme=
dium quæreret, quod etiam non raro factum est, nullumq
malevolentiæ Cujusdam indicium adversus quemcunq
elicuit, in deliberationibus vero publicis, quibus una cum
Collegijs meis interesse me opportuit, libertatem mihi sem=
per integram servavi, ut sensa Animi mei, citra om=
nem assentationem aperte promoverem, et quæ Divinis
Mandatis obsequio erga Regiam Majestatem fidei, erga
Serenissimam Rempublicam Juribus, et bono Ordini Ci=
vitatis, Commodis Civium, et Commerciorum Justitiæ,
et Complanationi Partium conformia, et adequata tuti=
navi, et animadverti, ingenue attamen sine Animi Ve=
hementia proferrem eadem omnino libertatem alijs pa=
riter, qui ad Consilia publica pertinent, illibatam Custo=
dire, inter Votorum meorum fuit prima, quia sic non
mere hominum, sed per homines Dei ipsius Regimen
inter Nos vigere et observari arbitratus sum, Non
vereor proinde, quin ad omnium Testimonium, qui me
noverunt, et qui meis actionibus intersunt, certa cum
fiducia provocem, quod neminem eorum, qui mecum ad
Consolationes publicas conveniunt, vel ipse, vel per alios
unquam sollicitaverim, ut meis opinationibus as=
sentiatur, et quamvis interdum eveniat, ut ea, quæ mi=
hi e re videntur alijs etiam arrideant, nihilo minus ta=
men varijs in negotijs et speciatim recentioribus in deli=
berationibus, quæ sup mota p plurimos Civium contra
Magistratum dissidia, his temporibus instituenda fuerant,
sæpissime accidit, ut major numerus Collegarum meorum
ob opinione mea discedat, cujus modo ego conclusis per
libenter acquiesco, utq fortunate succedant, precor, auguror,
et per sæpe, re ipsa experior, ita ut Sententiam meam
compluries non obtinere non modo, non invite, aut impati=
enter feram, sed etiam valde mihi gratuler, adeoq eam
Authoritatem, cujus imputatione nunc oneror, nec ipse
mihi summam, nec Collegæ mei mihi tribuant. Hoc

me tramite procedere tutissime hunusq mihi persuasi et inter nevos defectus, et errores, quos mihi plurimos, adhaerere comperio, et profiteor, certissimum cupio Solatium, ex omnimoda Resignatione in sapientissimam directionem Dei Optimi Maximi, in cujus manibus pariter meæ, ac meorum, hujusq percharæ Patriæ meæ Sortes consistunt. Ætas provecta, quam me jam terrere indies persentisco, satis me admonet, quod prope a Confinijs æternitatis absim anteomnia ergo mihi curandum est, ut reliquum Stationis, in qua Deus me hactenus collocavit, totiusq vitæ meæ tempus, quod sine dubio per breve restat, sine Voluntaria Conscientiæ meæ et Fidei juratæ læsione transigam, utq circa imminentem Immortalitatis Ingressum Dei mihi propitij Judicio sistar, Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nri. Clmi. pietas, et justitia, per totum Orbem celebrata, nunquam permittet, ut adversus quemquam Subditorum suorum Officij sui partibus hoc habitu perfungentem, inclementer quicquam eo Nomine statuatur, illeq nec auditus, nec Convictus, irreverentiæ alicujus contra Majestatem reus habeatur. —

Illustrissimam igitur Excellentiam Vestram, omni deditissimæ et confidentissimæ Observantiæ Studio, oro et obtestor, ut pro Sublimis Ministerij sui Munere, contra sinistras et invidiosas dissimulationes, si quas ad Clementissimum Principem adversus me deferri adhuc contingeret, efficaciter me defendere, et Sacræ Regiæ Majestatis suæ indulgentiam paternamq Protectionem mihi et charitatibus meis, inter quas Patria locum præcipuum obtinet, absolute necessariam, et Salutarem conciliare, gratiosissime dignetur, De ijs porro quæ Illustrissima Excellentia Vestra Civitatis hujus Magistratui, per me indicari voluit, Eundem confestim ipsis Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Verbis fideliter informavi, quod Illmæ Excellentiæ Vestræ, idem Magistratus duis literis de statuturum recepit; Faxit Divinum Numen ut motus intestini f mittente Deo hic coorti, ita nunc tandem componantur, quo Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi Paternæ Intentioni, et Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, providentissimæ Curæ, et Solicitudini satisfiat, hujus vero Civitatis Saluti et Concordiæ consultum sit, Quæ deniq, ad Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, felicitatem, et felicitatis per totam Illustrissimam Familiam

incrementa facere possunt, Votis enixissimis Illmæ Excellentiæ Vræ. expeto, Ejusdemq valentissimæ gratiæ profunde, venerabundus, me Commendo. —

Illustrissimæ etc.

Literæ similes a Prc: Nobili Dnō Schroedern Consule Gedanens ad Illmum Excellentissimum Dnum Supremum Regni Cancellarium scriptæ. —

Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, literas die 21ma Mensis Julij proxime elapsi, in puncto Electionis Nostræ, ad Magistratum gratiosissime ad me datas, debito lubentissimoq venerationis Cultu ex ægritudine, et mentis et Corporis lecto decumbens recepi, quibus me Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ignotum et immarentem insigniter honoratum agnosco. —
Cum Magistratu Civitatis hujus, et ego Vehementissime doleo, inclementiam Fatorum Nostrorum, eo usq invaluisse, ut Animus Regis Nostri Clementissimi Generosissimus, Indulgentissimus contra Magistratum Artibus, et technis Civium quorundam male moratorum, adeo sit exacerbatus, ut Patrocinio pollentissimo Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ miseris semper æquo et Magistratui quod submissima gratiarum actione veneror, hac in Causa favente leniri non potuerit, sed cum jactura notabilis, et antiquissimi Magistratui competentis Juris, et prærogativæ Electionis sit demulcendus. —
Quia igitur hoc rerum statu, nullus Supplicationi, nullus ratiocinio sed unica Obedientiæ locus nobis relictus est vadeti, ideo collegi fractas adversa valetudine Vires Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ adhortationi Gratiosissimæ quam semp summi facio, morem gessi, Curiam heri accersi, nihilq quantum in me est, intentatum prætermisi ut in sessione Magistratus, ad edendum ab eodem post plurima hac in caussa jam exhibita Serenissimo Regi Nostro, humillimæ et intemeratæ devotionis Specimina, novum obedientiæ documentum, viam sternerem, abij, è Curia cum spe tamen post adventum Dominorum Ablegatorum Nostrorum, qui in horas expectantur in eundorum

Consiliorum, et Resolutionum quibus Regi Nostro Clementissimo fidem suam Magistratus, et obsequium probaturus est. A me certe, et in posterum nihil desiderari patiar, quo minus Relligio Juramenti mei Regi et Domino meo Indulgentissimo, et Civitati huic prostitum, sarta tecta servetur. Hoc tamen praeterire nequeo, me in negotio hocce difficillimo, et Scopulis allisionum pleno, supresso sensu acerbissimo imminentis Magistratui jacturae, Juris Electionis, aliarumque antiquandarum praerogativarum, bonae nostrae existimationis deperditae, imo ludibrij, quo à malevolis quibusdam Civibus habiti sumus, et habendi erimus, suppresso inquam sensu eorum, quae honesti Viri non ex ultima plebe nati, et meliore fortuna non indigni, Vita ipsa potiora ducant, Sacrificio Magno Regi, et Domino meo Clementissimo, pro humillima, qua Eundem prosequor devotione, quicquid horum est libasse Illustrissimam Excellentiam Vestram autem per innatam suam Generositatem, per Sapientiam Celebratissimam, qua vigore Excelsi sui Muneris Regium Animum ad justa et peccata flectere Eidem Concessum est, per favorem, quo afflictos fovet, et fulcit, per benevolentiam suam, in literis gratiosissimis, ad me datis, mihi benignissime testatam, oro obsecroque dignetur eadem Patrocinio suo efficacissimo adesse labenti, si non jam pessundato publico Civitatis hujus, Statui, et benignissime providere, quo bonus in eadem ordo restituatur, et Subordinatio inter Magistratum et Cives, maxime necessaria, sine qua nullum Regimen subsistere potest, et quae eversa aliquando, et Summam pt Deum Potestatem afficiet postliminio reducatur, et consolidetur. Hoc exuberantissima, Illustrissimae Excellentiae Vestrae Gratia, Civitati huic, uti spero, non deneganda, non solum tanquam Illustre monumentum, Salvatae Civitatis gratissima mente celebrabo, sed et me cum universo Magistratu ad, ad Memoriam Posteritatis transmittet. —

Superest ut Deum venerer quo Illustrissimam Excellentiam Vestram inter extantissima solida felicitatis Incrementa, cum Familia sua ad Apices honorum et Dignitatum nata, Vitam agere longaevam, et nullis Vicissitudinibus humanis concussam, jubeat me autem ejusdem nunquam satis estimandae benevolentiae cui me meaque subjectissime commendo ulterius honorari et exhilarari permittat. —

Illustrissimae etc.

Literæ a Præ: Nobili Magistratu Gedanensi ad Illustrissimum Excellentissimum Dominum Supremum Regni Cancellarium in eadem Materia scriptæ. —

Illustrissime etc.

Post expeditas nuper, die scilicet ultima præteriti Mensis Julij ad Illustrissimam Excellentiam Vestram Literas Nostras submississimas, advenerunt mox sequenti die, Ipsis Calendis Augusti, Nobiles Dni Ablegati Nostri, redux ex itinere, quod Varsaviam ante duos, et quod excurrit Menses, Mandato Nostro susceperant, inter alia, quæ Nobis heri in Consensu publico retulerunt, et narrarunt, maximam Partem, Tristitiæ, et peracerba, illud Nobis valde gratum extitit, et insigni cessit solatio, quod Illustrissima Excellentia Vestra, tum multa Ipsos benignitate, et Comitate, quam amplis prædicarunt laudibus, exceperit, tum nihil Intentatum reliquerit, quo Regia Nobis reconciliaretur Gratia, et Salus, honor ac dignitas Civitatis nostriq Ordinis, in tuto Collocarentur, et conservarentur, Ut proinde contrarius tot laboribus, studijs Votis, et Sumptibus eventus non nisi sinistro, quod nos et totam Civitatem, eheu, premit, fato, adscribendus sit, Impensissimus igitur Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, pro omnibus in Nos et Ablegatos Nostros, collatis beneficijs, ac pro singulis, in rem Civitatis et nostram præstitis Officijs, et Auxilijs agimus, et debemus gratias, in quibus quantum, a Nobis fieri poterit, referendis, nullo non tempore erimus occupatissimi. —

Nil nunc magis Nobis incumbit, quam ut Illustrissimam Excellentiam Vestram certam faciamus, deliberatione habita, super Literis Regijs, quibus certi quidam Viri, quos in loca in Consulatu, et Scabinatu Vacantia, sufficeremus Nobis nominatim propositi, et commendati sunt. Ipsa enim die Augustissimo Sacræ Regiæ Mttis. Domini Nostri Clementissimi Nomini Sacra, inter preces et Suspiria, metumq contulimus festinanter Consilia de hoc gravi, et molestissimo negotio, et ploratis pensitatisq in utramq partem Argumentis, Deo permittente, res ita cecidit, ut in Causa desperata adeo, ubi

nec legem nec morem veterem attendere licuit. Deprecationibus vero, omnis fere praeclusa apparuit necessitas, et Regia quae irrevocabilis Mandati Visa instar fuit, Commendatio omnino praevaluerint, ad quae ita Nobilis Ludovicus Godoffredus Janssem, et Spectabilis Nathaniel Gottlieb Rychter Consules Collegiique Nostri, ut Spectabiles Fridericus Einstedt, et Gotthilf Wernik Scabini iam revera designati sint. —

Devotissimi quem ad Commendationem, Serenissimi Principis, habuimus Respectus, et fidelissimi Obsequij, cujus Nobis gloria semper relinquitur, ut Illma Excellentia Vestra favorabilis esse velit Interpres enixissime rogamus, Si quis etiam spei et precibus locus est, Eandem simul per omne, quod Sanctum et charum est, obtestamur, ut tanquam praecipuus legum Custos et Defensor, Civitatumque Patronus Gratia, et Ope sua efficaciter Nobis adsit, ut antiquissimum, quod soli Magistratui Consulari jam ab ipso Cruciferorum tempore, et per expressissimas leges competit, liberae Electionis, jus non amplius infringatur, sed quod hactenus pertate alienatum fuit, pro futuris temporibus ex Clementia Regia, Iustitia et Authoritate postliminio ad nos redeat, nec Civitas haec, haud ignobile Prussiae membrum, et non ultimum Poloniae decus coteris, vel minimis Prussiae, quae ad Poloniam pertinent, Urbibus ubi ejusmodi Institutio, ut Nobis hic obtrudi coepit, non viget, adeo turpiter, se postponi sentiat. —

Quicquid tandem ad firmandam veterem quae optima est, formam, et Compagem Civitatis tuendaque ejus, et Ordinis Nostri Consularis Iura, nec non stabiliendum, sine quo nulla Civitatis salus esse potest, bonum ordinem necessarium est, et conducit, id omne Illustrissimae Excellentiae Vestrae, Solerti Providentissimae, et Sapientissimae Curae iterum, iterumque Commendamus promovendam, sic magna pars gloriae de Civitate, ab interitu, qui iam acceleratur, tempestive vindicanda redundabit, in Illustrissimam Excellentiam Vestram. Cujus praeclarissima merita, et nos profundissimo cultu jugiter devenerabimur, et Posteri perenni, grataque memoria celebrabunt, Confusiones et negotiorum moles, quae obruimur, plura addere nunc vetat, praeter Vota, quibus Illustrissimae Excellentiae Vestrae ad sustinendos, exantlandosque Comitiales labores precamur, Corporis, atque animi firmum, et durabile robur. Dabantur Gedani die 4. Mense Augusti Anno Dni 1750. —

Literae

Literæ Responsoriales ad Magistratum Gedanensem die 13. Augusti scriptæ, ad Literas, Magistratus die 4. Aug. 1750. datarum. —

Præ: Nobiles etc.

Acceptis Literis Præ-Nobilium et Spectabilium Dominationum Vestrarum, quibus de reditu scribunt, Nobilium Ablegatorum Vestrorum, gavisus sum, studia, et Officia mea, pro Salute Civitatis, et Ordinis Vestri dignitate collocata, de quibus hi retulerunt, per Dominationes Vestras, Præ: Nobilium et Spectabilium probari quicung fuerit illorum exitus, me ita facere coegerant. Amor in Civitatem, Reverentia in Regem, et Sera Vestra Officia. Hoc ego pariter credo, Nobiles Delegatos Dominationibus Vestris retulisse, nihil a me neglectum iri, quod pro decore, et utilitate Civitatis, plurimi semper a Republica habitæ, præstandum vel cavendum erit. —
Interea quod ijs finem feceritis, quæ negotium vobis hactenus facesserant, summopere lætor. Præterierunt sæpe Nautæ procellis, prudentiores. Vos Vestro edocti Periculo Civitatis, Tranquillitati satis cavisse, nunquam desistemetis. Et quoniam necessarium Vobis videri animadverto, ut omni Sollicitudine, diligentia, et attentione desiderijs Officijsq meis, pro Vestra Civiumq utilitate indesinenter adhæratis, certiores Præ: Nobiles et Spectabiles Dominationes Vestras facio, paratissimum me, ad omnem meam in id operam adhibendam, sine mora adinventuros: Qui omnia Fausta, et prospera, Præ: Nobilibus, et Spectabilibus Dominationibus Vestris, totiq Civitati voveo: utq Deus Ter Optimus Maximus eandem, ad illud honoris Commerciorum, et Divitiarum incrementum reducat, in quo illam Majores Vestri, ad vos transmiserunt. Dabantur Varsaviæ. — Die ut Supra. —

Oblata Ordinationis, Sacræ Regiæ Majestatis, intuitu boni Ordinis, in Civitate Gedanensi. —

Augustus etc.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum

interest Universis et Singulis, Quod veniens personaliter, ad Acta praesentia Metricae Regni, Cancellariae Nostrae Minoris Generosus Antonius de Leübnitz Camerarius Noster, obtulit ad Actiandum, Actisq praesentibus inserendum, Ordinationem Nostram pro Civitate die hesterna publicatam Tenoris Sequentis: —

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae Smolensciae, Severiae, Czernicchoviaeq nec non haereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector. —

Significamus Universis et Singulis, tenore praesentium, Quod cum ab aliquot Annis Civium Gedanensium, de suo Magistratu querelae ad Nos delatae, diversis vicibus repetitae, ac circa finem, Anni M.D.C.C.XLVIII. Coram Nobis Varsaviae, per illorum Deputatatos fusius expositae fuissent, ante omnia necesse esse duximus, intentinos, inter Civitatis Nostrae Gedanensis Ordines, Motus Authoritate Nostra Regia, amicabili modo componere, quod quia in paucioribus fieri, obtineri potuit, pro Paterna Nostra, erga Nostram Civitatem Gedanensem Cura, et singulari Gratia, postquam de omnibus et Singulis ex Allegatis, ex utraq Parte Rationibus, Juribus, Privilegijs, antiquis Consvetudinibus et Serenissimorum Regum, Antecessorum Nostrorum Ordinationibus, plenius, et exacte edocti fuimus, ad sopienda, et interna dissidia, in dies aucta adivi majus malum facile degeneratura, deniq ad promovendum bonum Civitatis publicum, Declarationes et Ordinationes Nostras, praevia matura deliberatione consignari, Ordinibusq publicari jussimus, quo facto Nobilis Magistratus suos Deputatos, Nobiles et Spectabiles, Nathanaelem Godofredum, Ferber Pro-Consulem Danielem Eilhardum Santzen Consulem, et Godofredum Lengnich Civitatis Sendicum ad Aulam Nostram hic Varsaviae consistentem, cum facultate in literis publicis, à Nobili Magistratu eisdem datis, et ad Acta Metricae Regni porrectis misit. Qui si quid in dictis Nostris Declarationibus pro meliori Civitatis Nostrae Reformatione Regiminisq Constitutione illustrari et

attemperari posse crederent, ex Instructione sua humillime nos informarent; Ordinationemque Nostram sup. omnibus et singulis differentijs, ac Postulatis suis a Nobis declarandam humillime peterent, Tertius vero Ordo et Contubernia per suos Mandatarios scilicet Fridericum Gottlieb Romerson, Adamum Tritt, Joannem Dietericum Elsptorff, et Erdmannum Hasse a singula quarteria deputatos, nec non Gotthilf Wernick, à Tertio Ordine et Societatibus institorum, et granariorum ad Aulam Nostram Regiam Deputatum, tum quoque ex quatuor Contubernijs principalibus, Christianum Krügel Seniorem Contubernij Fabrorum Michaelem Adam Seniorem Contubernij Fabrorum, et Godofredum Golz Seniorem Contubernij Laniorum, Deputatos cum Plenipotentia Metrices Regni exhibita Declarationibus et Ordinationibus Nostris praefatis, quippe in fundamento judicatarum rerum Concordatorum, ac aliorum Civitatis Privilegiorum, Juriumque datis, ex debito subjectionis suae labente, gratoque Animo se submitterent, illarumque Executionem supplicarent. Nos ad Exemplum Divorum Nostror. Antecessorum Regum Poloniae Nominatim Casimiri III. Sigismundi Primi, Sigismundi Augusti, Stephani, et Joannis III accepta sufficienti, in omnibus punctis, a Magno Supremo Rni Cancellario Informatione et prohabita matura deliberatione meliorando Declarationis Nostras anteriores, Da. Dresdae 10. Februarij, Anni praesentis, ad feliciorem Civitatis Nostrae Gedanensis Statum Rei familiaris et oeconomicae publicae augmentum, et extinguendas tandem internas dissensiones pro Suprema potestate Nostra sequentia, in vim legis perpetuo observanda Statuimus, et Ordinamus. —

Mercatores ad Tertiam Partem in Consulatum et Scabinatum admittantur.

Dignum omnino Paterna et Nostra Cura habemus Argumentum Emporiorum Regni Nri Ornamentorum et fulcrorum, omnimodo possibili indulgere Conservationi, imo et Amplificationi, proindeque inhaerendo Ordinationi D. Regis Joannis III Praedecessoris Nostri, nec non Ordinum Civitatis Nostrae Gedanensis Transactioni de Anno 1678. sub Nomine Concordator. pro lege Civitatis pragmatica recognita, ac recognoscendae Statuimus, ut Mercatoribus dicto Nrae Civitatis, apertus ad honores Magistratus et Scabinatus pateat aditus, et consequenter, tam in Consulari Collegio

quam Scabinali Mercatores actuales digniores multum ad Regimen, Ornamentum et Commoda Urbis valentes, ad Tertiam partem omnino assumantur, eligantur et incorporentur. —

Modus et ratio eligendi Mercatores. — Quotiescunq ergo utroq Collegio Mercatoribus prout jussimus impleto, in futurum vel in Consulatu, vel in Scabinatu Mercatoris locus vacaverit, Nobilis Consulatus obligatus erit, circa subsequentem immediate electionem ex Mercatoribus Scabinis alium Consulem assumere, respectu vero Scabinatus, facultatem Damus Ordini Tertio, et concedimus per praesentes, ut quoties ab tempore hoc Scabinus è Mercatoribus assumendus erit, praefatus Tertius Ordo, a Nobili Consulatu Tribus, ante Electionis Triduum diebus in Curiam convocetur, ibidemq praestito prius, idq in verba praeeunte primo Quarteriarum Magistro Corporali Juramento: Quod neminem alium praesentabunt, quam illum, quem reposito omni partium studio dignissimum Civitati, Commerciorumq utilitati convenientissimum in conscientia sua judicaverint, qualibet quatuor Quarteriarum, unum è Civibus Mercaturam exercentibus, et bonam existimationem habentibus, sive is Tertij Ordinis membrum fuerit, nec ne nominet marcq circa declarandam suam sententiam recepto, vulgo beym Einbringen, Consulatui praesentet, quo facto Magistratus Consularis pro tempore existens, unum ex his quatuor praesentatis Mercatoribus non exclusis tamen illis, qui in Societate Mercatoria existunt omnino eligere, et tali ratione, quemvis vacantem locum Mercatoris in Consulatu, vel Scabinatu supplere tenebitur, sub nullitate aliter diversi modo attentati, et inhabilitate perpetua secus assumpti, nec non mulcta 5000. Hungaricalium contra Consulatum aliter electurum, et Burgrabium Nostrum tales Electos, ad consueta juramenta admittentem irremissibiliter extendenda. —

Centum Virorum praesentatio. Ratione Centumviratus autem Statuimus, ut Tertius Ordo Jure praesentandi ex Decreto Divi Joannis III. gaudens non nisi digniores Mercatores Consulatui ad Centum Viratum praesentet, neq etiam eos, qui liberalibus disciplinis solidaq eruditioni innutriti, rem-

Civitatis publicam in partibus sibi credendis sapienter, et scienter regere callent, negligere praesumat. — Deinde in Articulo Convocatis. Ordinis Tertij, cum Contubernijs ad Concilia publica, juxta Responsum Serenissimi olim Sigismundi Augusti de Anno 1552. et Decretum Divi Regis Joannis III nec non Convocata de Anno 1678. lege in perpetuum valitura, Ordinamus ut Nobiles Magistratus cujusvis Anni Mense quolibet ad minimum semel Ordines Civitatis, sive habeat Materiam Consultendi, sive non, convocari curet, et Sessionem pro Consultando indicet, cum hac libertate, quod Ordini Tertio, tunc vocato licebit, à parte sui proponere, in Scripto Nobili Magistratui, quicquid pro bono, et Commodo Civitatis salutare visum sibi fuerit vel à Contubernijs et communitate illis indicabitur, et suggeretur, ita tamen ut Tertius Ordo circa Congregationes has publicas, moderate et pacifice se gerat, quilibet Ordine suo Sententiam ante omnia super Propositionibus Consulatus, deinde quoque super alijs necessarijs punctis, sine fervore pro Conscientia et Commodo publico dicat, Tertium Viri vero in omnem Eventum, si expositis per se defectibus obviam itum non fuerit potestatem habeant, Gravamina sua ad Nos referendi. —

Ordinis Tertij per singulos Menses Convocatio. —

Accisa.

Accisarum eam moderationem quam abolitionem facto, prius ad Nos recursu, mediante, deinde Ordinum Civitatis concluso de die 31ma Octobris, et Edicta de die 10ma 9bris, Anni praeteriti stabilitam praesentibus corroboramus standumque esse omnino huic Ordinationi serio praecipimus, eo addito ut Magistratus aut Judicium Censorium, vulgo Wettgerichte serio praecaveat, quo Cerevisia panis et reliqua in Concluso praefato nominata in debita sua qualitate et quantitate, sine Communitatis Emptorumque injuria vendantur, Remonstrationesque Tertij Ordinis Magistratui nomine facto vel faciendo cum Concilio Ordinum instantanee, et efficaciter, sine ulla Conniventia ad effectum deducantur, quo nemo studio

privati, lucri Civitati levamen et emolumentum per prae fatam abolitionem procuratum praeripere audiat. —

Restaura tio Fossa rum Civi tatis Infe rioris. Restaurationem et purgationem Fossarum Civitatis Inferioris vulgo Niederstadt, considerata Manifesta, et indispensabili operis tam salutaris necessitate, a Functione dita Wallgebäude, etiam mediante Contractu, cum quadam perito per aversionem in eundo intra biennium omnino absolvendam injungimus praesentibus praecipientes, ut hujus Fundi Census ei fini ab antiquo provide destinatus a praefata Functione, quidem servetur, nullis tamen alijs usibus nisi Conservandis, et purgandis his Fossis, nunc et in aevum impendatur, praeterea collecta spontanea, et grossus ex qualibet pertica hac tenus proprietarijs impositus, ulterius idque tam diu continuetur donec tandem absoluto intra biennium toto Opere, eoque post abductionem Deputatorum Ordinum pro perfecto recognito extra ordinaria haec Subsidia cessare, et ordinariae Annualium Reparationum expensae, ex destinato Conservatorum Censuum fundo sufficere poterunt, eo simul praecauto ne pecora, ripas Fossarum destruant, neque etiam ulla immunditia in fossas innitantur, ut denique pro meliori Ordine quovis Anno Abductio Fossarum per Functionem Wallgebäude dictum, cum procuratione instantanea promptorum contra inventas forte defectus remediorum in futurum fiat. —

Plebisciti Revisio Cum hodierna Commertiorum Civium, ac Incolarum Gedanensium conditio omnino requirat, ut Plebiscitum Civitatense, Vulgo Willkühr, multa inerta antiquata, aut minus applicabilia continens ab Ordinibus revideatur, corrigatur, ac Suppleatur, proinde ratihabentes Deputationem vigore Conclusi die 29. Martij 1749. huic labori destinatam, sancimus, ut Plebiscitum leges Domesticas, perpetuitatem sapientes, modernoque rerum Statui accomodatas in se continens, per praefatam Deputationem, non exclusis tamen Contubernijs Capitalibus, plenarie perficiatur, Ordinibusque ratihabendum tradatur, quae omnia ad summum intra unius Anni spatium absolvi, accedente Nostra Confirmatione roborari, et Typis deinde publicari debent, non abrogando tamen facultatem scindendi Plebiscitia Privilegio Casimiriano Civitati competentem.

Testamenta occlusa aperiant; Approbantes Ordinum Conclusum die 11ma Augusti Anni proximi elapsi ratione recludendorum Testamentorum

demandamus ut omnia Testamenta nondum aperta, inde ab Anno 1720. si Testatores satis jam sint funeti, usq ad Annum 1650 retrogradiendo, spatio unius Anni, sub pœna mille Hungaricalium, a Judicio Civili bannito resignata publicentur, legataq et fundationes, ad pias Causas summa fide consignanda, destinationiq suæ omnino vindicanda, Ordinibus extradantur. In futurum vero, Testamenta quævis, ad Scrinia Judicij reposita, post elapsas à morte Testatoris, Sex Septimanas aperiantur, et piarum fundationum exactissima ratio, prouti in omnibus, ita et in eo habeantur, ut pia corpora in posterum in perceptione Usuræ Vulgo provisionum de Sortibus Cameræ Fundoq Subsidiariæ pecuniæ mutuo datis Jure prioritatis fruantur. —

Coequatio Modiorum

Prospiciendo non solum bono Civitatis, sed etiam Regni volumus, ut Conclusa Ordinum die XXVI. Martij et IX Maj Anni præteriti, ratione coæquandorum Modiorum facta, omnino ante deflexationem Anni proxime futuri effectum plenarium sortiantur. Itaq omnes Modij unius sine ejusdemq altitudinis Circumferentiæ, et mensuræ serventur ab Officio Camerali ijs solummodo mensores utantur, Reditus inde Cameræ inferantur, ad mensurandum vero, non nisi Jurati adhibeantur, et ad explenda Juramenta non obstante quacunq Exceptione adigantur. —

Exactio Portorij

Magistratus Consularis, sub amissione Privilegij Administrationis portus et maris, Regalis Nostri Eminentissimi, nec non Præfecti Portorij sub Vinculo Juramenti provideant, ne in posterum ulla navegia, à portorio debito sint immunia, vel Nostro Thesauro, ex negligenti illius Exactione quicquam decedat, quod si vero hac ratione difficultates quædam aut impedimenta occurrent, non intermittant de eo, ad Nos confestim humillime referre, et Nostra Mandata præstolari. —

Mennonistæ.

Injuriâ et detrimento Fidelium Civium Nostrorum, nec non Violatione Jurium et Privilegiorum justi ipsis competentium omnino evenit, quod Mennonistæ prærogativas præ Alienigenis cujuscunq Nationis majores hactenus usurpaverint. Tale Jus ipsis nunquam asseri potuit, ex Rescriptis et Privilegijs, ad quæ provocant quibusve inniti Volunt. Nam partim Vitio, sub et obreptionis laborant, quod inde etiam intelligi datur cum Privilegium

Sigismundi III nec quidem mentionem eorum facit partim per se sunt nulla, et irrita, quippe leges Regni, et Jura Civitatis fundamentalia, Mennonistas omnium Privilegiorum incapaces enuntiant, quemadmodum ergo, summatim eo respicimus, ita inprimis reassumimus Ordinationem Privilegii Casimiri de Anno 1457. ordinat. Sigismundi I de 1526. Vladislai IV. de Anno 1644. Pacta Conventa §. contra Mennonistas, Plebiscitum Gedanense P. 3. C. 2 §. 1 volentes, ut allegata à Mennonistis in Contrarium Privilegia et Rescripta, quæ reponibilia esse declaramus, pro sub et obreptitiis, et nullis habeantur tantumque abest, ut ab illo debeant observari, ut potius consulatum, Scabinatum, et Tertium Ordinem jubeamus, Mennonistas adigere, et pro re nata adhibitis remediis coactivis adstringere, ut non amplius audeant in Civium Prerogativas, et Privilegia temere involare, sed illis semet ex asse potius submittant. Eum in finem primo ipsis non sit integrum, Mercaturam, et Opificium simul exercere, 2do. Materialia, quæ Negotiationi Ipsorum aut Opificio inserviunt, quocunque nomine veniant, non sibi ipsi advehenda curent, sed emant a Civibus. —

3tio. Merces alibi confectas Venum non exponant, sed solum a se Fabricatas, easque perpetias vulgo im ganzen Civibus tantummodo vendant. 4to. Mennonistis autem, qui Limbularii vulgo, Bortenwürker, vocantur, ut ad dies vitæ artem suam exerceant, permittimus quo vero Provisionem Mercium suarum sine damno distrahere possint, eas etiam exteris hominibus perpetias divendere, ex singulari Clementia Nostra, ad quinquennium duntaxat indulgemus, ea sub Conditione, Ut quo ad reliqua se intra terminos supra præscriptos contineant. Itaque Contubernium Limbulariorum, non amplius obligetur recipere Mennonistas, ut Rudimenta apud ipsos ponant, aut Contubernales fiant, idque sub pœna Mille Hungaricalium Fisco Nostro inferenda, Illi vero qui ante hanc Nostram Ordinationem Rudimenta jam intrarunt, et in numerum Discipulorum recepti fuere, pro hac sola vice, in Consortium Sodalium exacto suo tempore recipiantur, et ex libro Rudimentorum, more consueto exscribantur, ita tamen, ut renuntiati, ex singulari hac Clementia Nostra Sodales, sub eo prætextu, ad Magisterium in Civitate Nostra, Gedanensi, nullatenus admittantur. Ad hæc sancimus serio, ut Ordinum Conclusa, die 23. Julii, et die 15. 8bris Anni proxime præteriti ad actualem Executionem deducantur. —

Qui Fundos Cives acquirere possint. –

Cum Statuta Civitatis Possessiones Fundorum solis Civibus asserant, fiat illorum Connotatio, qui intra, et extra moenia in contrarium Mennonistis in libris Fundorum, vulgo Erbbücher adscripti sint, ut caveri possint, ne abusus ultra praesentes Possessores continuetur, quo fine etiam illos quos Jure emptionis pignoris Successionis, alioq titulo acquisivere, sub poena Confiscationis intra spatium Trium Mensium indicabant. –

Privilegia producenda.

Quoniam Consulatui tanquam Magistratui Civitatis, primi et boni Ordinis Custodia et Executio publicarum Legum, ac Jurium Civitatensium primario incumbit, sedulus ergo attendat, ne quisquam sub praetextu obtenti Privilegij, aut sub alio quocunq colore, Civitati, et Civibus Nostris, eorumq Juribus quaesitis fiat praejudiciosus. Quod si tale seu clam, seu publice attentari eidem denuntiatum aut compertum fuerit, sine omni mora penitius inquirat, productionem Privilegiorum, ad quae forte provocatur, ex Officio demandet, Causam cum Ordinibus communicet, et quicquid Juri communi aut Civitatis adversari deprehenderit, Nobis pro obtinendis remedijs promptis, humillime exponat. –

Quandoquidem relatum est, contra Privilegia et Statuta Civitatis, praecipue signanter Privilegium Casimiricanum de Anno 1457. adeoq cum maximo detrimento Civium alienigenas, et non-Cives Jure fluminum, et viarum mercandi, Causa uti, focis, et domibus proprijs gaudere suas libras et pondera instituere, neq intra facultatem merces suas, in integris petijs, et portionibus, vulgo Im ganzen, vendendi, se continere, sed illas per ulnas et minutatim distrahere, contra expressum Privilegiorum et Statutorum Civitatensium tenorem, Sancimus ergo, districteq praecipimus, ut Conclusa Ordinum die 26 Maj 1625. et 23. Julij 1749. facta, tum Magistratus Ipse, tum etiam et quidem potissimum Judicium Censorium ad realem, et omnimodam Executionem deducat, serioq attendat, ne alienigenae contra Tenorem dictorum Privilegiorum et Conclusorum in praejudicium Civium Commertia exerceant. –

Defalcatio vulgo Bürger-Bestes.

Ad promovenda Incrementa Commerciorum, utilitatem Mercatorum, et florem ipsius Civitatis soli Cives beneficio defalcationis 10. pro Centum, vulgo Bürger-Bestes, in aedificio Emporetico vulgo Packhaus, praeter solitam defalcationem vulgo Tara, circa aestimatio-nem

Mercium frequentur, exclusis Mennonistis, non Civibus, et alienigenis nisi alienigenis illud publicis Conventio=nibus promissum et assertum fuerit, quas tamen Conventiones forte jam factas ex singulari Gratia Nostra quidem manutenemus, ne tamen in posterum sine Prascitu Nostro, et in praejudicium Redituum Nostrorum fiant, serio et sub nullitate ejusmodi con=ventionum inhibemus. —

Proxe= neta Menno= nista.

Quod Mennonistis Officia Proxenetarum vulgo Meckler.
Amt collata fuerint, eo majus improbamus, cum et per leges exclusi sint, et Juramenta consveta non praestent, imo Civibus in eo valde sint praejudiciosi, quod Commer=ciorum Commoda sua Secta hominibus solis concilient, alios praetereant, et negligant. Quo circa manutenendo Ordinum Conclusum de die 11ma Augusti 1749. volu=mus ut Mennonistae ab Officio Proxenetarum sub poena mille Hungaricalium, instantanee remo=veantur, et in futurum nunquam sub nullitate Nominationis, et poena mille Hungaricalium, ad il=la promoveantur. Et quoniam consveta Juramenta a Proxenetis aliisq beneficiariis praestanda modernis temporum rationibus minus accomodata dicuntur, proinde Magistratus cum Consiliorum Ordinum qm p̃xe curabit, ut ea hoc in passu statuantur quae salutis communis exigit ratio. —

\+ Negotia Civilia in Villis Ohra Schidlitz et Stadt Gebethe.

Facultatem Negotia Civilia exercendi solis Civibus actualibus competentem Incolis Villarum Ohra, Stadtgebieth, et Schidlitz signanter Mennonistis ibidem locatis recte negari sancimus, proindeq ap=probando Conclusum Ordinum de die 11ma Augu=sti 1749. et Edictum 10ma 9bris Anni ejusdem pu=blicatum, serio statuimus, ut nemo sub praetextu quocunq ejusmodi Ordinationibus contraveniat, nec Magistratus per alios illis contravenire per=mittat. —

Naviga=tio ape=rienda, et clau=denda

Quandoquidem Civitati Nostrae Gedanensi adeoq omni=bus Ordinibus, Civitatem repraesentantibus, inhaerendo Privilegio D. Casimiri Regis, et Antecessoris Nostri de Anno 1457. nec non Ordinationi Portorii, inter a=lia Juris Maritimi Fidei, et Officio eorum concrediti

capita, Ius navigationem, non sola tamen propria sua voluntate, sed cum consensu et Authoritate Nostra Regia aperiendi, et claudendi concessum est, facile quidem illud salvum salvandum, esse decernimus, ea tamen conditione, ut Magistratus nec sine Nostro expresso consensu, nec sine Ordinibus, sibi soli, ut plerumque evenit, facultatem hanc sub ullo praetextu vindicet, quin potius cavendo infractionem Iurium Nostrorum Regalium, mature cum Ordinibus, super hoc puncto conferat, et Sensum eorundem ad Nos debite referat. –

Calculatores, et Praefecti Aromatum.

Respectu querelae de Calculatorum vulgo Schiff Abrechner et Praefectorum Aromatum vulgo Gewürz Capitains, aut aliorum ejusmodi beneficiariorum depaectationibus, districte praecipimus, ut Collegium Commerciorum, intra sex Menses aliquem modum Ordinem et taxam delineet, secundum quam dicti Officiales sine necessitate aperta nullatenus augendi, quin potius quantum datur imminuendi, in Actionibus suis procedere tenebuntur. Magistratus vero, quoscunque depactatores severe coerceat eosque ad nudam laesae partis denuntiationem, praevia debita satisfactione ex Officio rigorose punire non intermittat. Praeterea Officialibus ex Reditu Nostro Portorij sustentandis, signanter moderno Visitatori primario Bonhorst, dimidietatem Salarij et emolumentorum pro praeterito, et subsequentibus Annis nullatenus arrestet, aut aliquid defalcari permittat, sed si opus fuerit, de eo ad Nos ut par est, omnia referat. –

Bona Naufragorum.

Inhaerendo Privilegio Incorporationis de Anno 1454. et Responso X.L.I.X. Sigismundi Augusti de Anno 1552. Consulatui, et praecipue Administratoribus Nehringe interdicimus participare de bonis Naufragorum potestatem illa colligendi reservando proprietarijs absque alia diminutione, quam qualem pro adhibitis operis promiserint. –

Sequestratorium

Sequestratorium, das Lagerhaus, tam ad coercendas negotiationes, non Civium cum extraneis, quam ad impediendas defraudationes Portorij commodum videtur, ideo Ordines de eo quantotius conveniant, et communi Consilio, ac Consensu ad effectum deducant,

quæ tertius Ordo hac fine, in Deputatione vulgo Ein=bringen, de die 18. Julij, Anni præteriti proposuit. –

Proxe=neta Suburbij. – Proxenetæ vulgo Probenträger in fundo Civitatensi, extra Civitatis mœnia magno numero constituti, conserventur quidem moderni omnes, ad dies vitæ nonullis vero vita functis, Numerus eorum ad decem, nec plures restringatur, gratis tamen constituantur habeantq facultatem, probas frumenti portandi in Urbem et Juramento adstringantur, ne probus ejusmodi ad Jurisdictiones Civitati exemptas deferant. Incolæ Villarum Civitatis, iterato Edicto obligentur, ut sua frumenta ad Civitatem advehant. Ordinibusque commendatur, abrogare, trium grossorum gabellam, a Plaustris solvendam, cui obnaxij deterrentur Urbem ingredi. –

Litteræ Commeatus Judæorum: Ut omni ratione reditibus Civitatis justoq Mercatorum Civium prospiciatur indemnitati mandamus Ordinibus, ut modo de quo die 3tia 7bris. Anni præteriti inter Ordines agebatur, in posterum litteræ Judæis commeatus dentur, et hinc Reditus Civitatis, nulla alia ratione administretur. Consulatus quoq pro Officij sui debito, dispositionem hujusmodi, ad requisitionem Cameræ Accisarum tueatur, et promoveat. Præses vero Civitatis pro tempore emolumento Mille Florenorum, ex tributo Judæorum sit contentus, et in posterum, litteras Commeatus Judæorum, a se Ordine Numerorum subscriptas Cameræ Accisarum distribuendas tradat. –

Proxenetæ Judæorum et Circumforanei. Judæorum proxenetas, non aliter quam supra expressum tolerari, ac Judæorum aliorumq nocivorum circum Vagationes in Villis fundisq Civitatensibus, nec non illicitas Convillanorum negotiationes, in præjudicium Civium hactenus attentatas omnino cessare debere prouti, Ordines Civitatis, jam inter se convenere et editis publicatis sancivere, ita approbando, hæc omnia sancita, serio mandamus, ut Magistratus signanter Administratores, quorumcunq bonorum et Fundorum Civitatis, non tantum sub pœna, centum Hungaricalium, ea omnia majori quam hactenus Cura ad Executionem suam omnimodam deducant, sed et Civibus Mercatoribus ac Opificibus

libera sit potestas quoscunq circumforaneos, aut vagabundos sibi prajudiciosos partim mediante forti Fori brachio, a Magistratu semper decenter requirendo prosequi, et inventos cum suis Mercibus pro extendenda pœna promerita ad Officium competens deducere partim etiam deprehensos inopinato et clanculum subrepentes, vel per se, vel personas subordinatas, etiam propter fugæ aut occultationis periculum, sine ope Ministerialium illico detinere, detentosq ad Magistratum, pro pœnis luendis deferre. –

Propolia – Ratione propolarum hactenus admissorum, confirmando ea, quæ die 21. Julij, Anno præteriti in Deputatione Ordinum communi consensu fuerunt statuta, sancimus, et ordinamus, propolia legibus provinciæ, et ipso Plebiscito Civitatis prohibita, simpliciter abroganda desupra datas cassandas, neq in posterum, a Præside Officij Censorij, sub quocunq prætextu, cuiquam dandas, esculenta vero ad Civitatem, seu Terra, seu Fluvio allata, non ultra triduum Plebiscito prescriptum venum exponenda, eoq Termino effluxo, merces quæ non sunt venditæ, nequaquam in ædibus aut Cellis aliorum deponendos, sed a Venditoribus, Domum referendas esse, quæ omnia Judicij Censorij Executioni demandatur. –

Judicium Censorium – Quantum vero attinet, ad ipsum Judicium Censorium, illud circa formam antiquam Decreto et Concordatis stabilitam, ex hac etiam præcipua ratione conservamus, quoniam recursus Assessoribus in Causa dubia, ad Ordinem suum, tenore Concordatorum de Anno 1678. non competit tantum, sed plane incumbit, neq Causæ summariæ prolixis remediorum ambagibus protelandæ sunt. Nemini vero Civium, per vexam lis intentetur in jus autem vocato loco Procuratoris Concivem, qui illi assistat, adducere liceat, Præsides hujus Judicij Causas graviores, cognitioni suæ privatæ non vindicent, nec ultra prescriptum Plebisciti, in exigendis mulctis rigore utantur, Instigatores Juramento obstringantur, se Causas ad Judicium

Consorium spectantes, non ex arbitrio solius Praesidis verum cum praestitu etiam Judicij ad Normam legum et conscientiae procul habito favoris, odij et privati commodi studio acturos et promoturos esse. Quod si vero ad nudam delationem malevolorum nulla adducta demonstratione sine verificatione inculpationis innocentes temere accusando, vel levissimis erroribus criminis reatum tribuendo, in probatione defecisse, adeoq famam et existimationem Civium bonorum laesisse deprehendantur, omnino ad satisfactionem parti laesa praestandam adstringantur, atq pro circumstantiarum gravitate etiam mulcta vel privatione Officij puniantur.

Legumina

Respectu leguminum p agricolas, et Convillanos, in praejudicium Mercatorum, nimia ut asserunt licentia hactenus venditorum, prospiciendo, et indemnitati Mercatorum et publicae necessitati ordinamus, ut in futurum Villanis sit licitum tribus diebus, nempe die Lunae, Mercurij et Sabbathi per Septimanam legumina sua, exceptis tamen pane, et Farina, in foris Holz-kohlen, et Fischmark, aut ante Carcerem, Stock dictum, usq ad horam XI. ante meridianam, cuilibet etiam minutim vendendi. —

Tabernae Mercatoriae vulgo Krahmbuden

Cum vero praeterea Mercatores, de noviter erectis, in primarijs Civitatis locis, Tabernis mercatorijs, vulgo Krahmbuden, sibi multum praejudiciosis, et juste conquerantur, quod per ejusmodi tabernas nimium jam multiplicatas pretia lapidearum Ordinarijs tabernis instructarum, et ita quaestu suo debito carentium multum imminuantur plateaeumq ac pontium transitus impediantur: proinde tabernas praefatas Mercatorias vulgo Krahmbuden, ubicunq locatas, signanter ante Curiam vulgo Artus- seu Junkerhof omnino abrogandas, et intra sex Spatium Mensium, tollendas esse jubemus, exceptis solis, illis Tabernulis promercalibus, quas Cives actuales, aut eorum Viduae pupillig, alia forte ratione, se se sustentare non valentes pro exponendis Mercibus, suo labore fabricatis, et paratis, ab antiquo et ex praescripto Statutorum Contubernalium, vulgo Rollen, habere consueverunt. Qua occasione simul Judicio Nostro Civili Bannito, seu Collegio Scabinali, serio injungimus, ut Sessiones

suas solenniores in Curia Artus- seu Junkerhof, pro more celebrandas aut incipiat, aut absolvat citius, quam hactenus factum est, ne Mercatoribus ab hora XII. usque ad primum Conventus Suos in Curia hac Mercatoria habituris, necessaria commoditates praeripiantur, et impediantur, neve etiam, per inevitabilem Concurrentium Mercatorum, aliorumque hominum Strepitum, se data Judiciorum interrumpatur solennitas.—

Collegium Comerciorum.— Cupientes Negotiationes, et Commercia, omni meliori modo sublevari, promoveri, et ad Statum florentissimum evehi, id nec aliter nec melius, assequi possumus, quam ut Causa Commercia concernentes, a Viris Mercaturae peritis, non attentis Juris apicibus, amputatisque protellationibus et subterfugijs Causidicorum, ex aequo, et bono Summario processu, secundum praxim inter Mercatores receptam, exemplo reliquorum Emporiorum decidantur. Sancimus itaque ut Collegium Commerciorum, in futurum constet duabus personis, ex Ordine Consulari, totidem que ex Scabinatu, quarum tamen una ex quovis Collegio, primi et secundi Ordinis, mercator esse debet a suis Collegijs deputandis, praeterea quatuor Mercatoribus, ex totidem Quarterijs tertij Ordinis, nec non aliis quatuor Assessoribus, ex Numero Mercatorum reliquorum prudentia, et experientia praestantibus per mercatores nominandis, et a Magistratu approbandis, cui Collegio facultas competat, non tantum Controversias, respectu Commerciorum intercedentes, breviter, et per Summarium processum dirimendi, dummodo quatuor, ad minimum ex otto Tertij Ordinis, et Mercatorum Deputatis adsint, salvaque apellatione a Summa mille florenorum, in Causis privatis, ad Consulatum admissibili, sed et alia, quae ad incrementum et florem Commerciorum spectant tractandi, curandi, et ordinandi. Committant vero Ordines Commerciorum, Collegio indilate, delineare Ordinationem, ad Summum in Spatio unius Anni, sub poena Millium Hungaricalium, contra illum Ordinem, irremissibiliter, extendenda, qui institutum Optimum protelaverit, qua Ordinatione Collegij dicti authoritas, et competentia, procedendi modus Causarum ad Cognitionem illius devolvendarum, natura aliaque necessaria,

et utilia, luculenter, et accuratè describantur, ac definiantur, quo facto et ex Sensu Ordinum peracto, Ordinationem hanc, intercedente Confirmatione Nostra Typis publicatam, ad notitiam omnium deducendam esse mandamus. —

Litteræ Moratoriæ

Sub privatione Officij Præsides Civitatis usurpatione Potestatis Regiæ Responso XXII. Sigismundi Augusti, ac Ordinatione Portorij prohibita, facultateq litteras Moratorias largiendi in posterum abstineant. Committimus tamen Officio Præsidentiali. Authoritate Nostra Regia, ut eos, qui Creditoribus suis satisfacere non valent, consequenter Clementia, ac Sublevatione Nostra Regia indigent, ad factam implorationem, tamdiu ab impetitionibus creditorum suorum ex Officio, nihil eo Nomine exigendo, protegant, donec litteræ a Nobis Moratoriæ ac quidem ad Ordinationis mentem Portorij requiri, ac impetrari possint. —

Revisio Ordinats in Bancoruptores

Revisionem Ordinationis, in Bancoruptores, quantotius faciendam, eo lubentius Statuimus quod omnes Ordines ejus correctionem necessariam esse judicaverint, Committimus ergo, Collegio Commerciorum, ut Authoritate Nostra Regia Ordinationem Novam, ad meliorem negotiisq mercatorijs magis utilem formam, exemplo aliarum extranearum, intra Annum consignet, quam deinde ab Ordinibus ratihabitam Nos Authoritate Nostra confirmabimus. —

Forum Promercale Vendette.

Forum Promercale, Vendette dictum ad mentem Statutorum, ac Plebisciti, praecipue autem declarationis Consulatus, de die 10. Februarij Anno 1677. Contubernijs facta modo sequenti reformetur. —

1mo. Ut Extraneis, in aliena Jurisdictione tam intra, qm extra Civitatem habitantibus, non sit facultas, quidquam ibi venum habendi, et exponendi. —

2do. Incolæ Jurisdictionis Civitatensis, non Cives adstringantur, jus Civium acquirere, si ibidem quadere velint facultate venumdandi. —

3tio Itaq Civibus duntaxat liceat, res absoletas, ibidem promercales habere. —

4to Res novæ anon Civibus, vagabundis vulgo Böhnhasen elaboratæ, aut novæ merces ibidem alio Venum expositæ confiscentur, medietate illarum Officio altera vero Contubernio de lege adjudicanda, in quem finem

duo Inspectores ex Societate Mercatoria, et duo ex Contubernijs, quovis Anno constituantur, quibus fas erit, tabernas Promercales vulgo Vendetter-Buden, per Consulatus Ministeriales, qui tenore, Plebiscitii ad primam requisitionem non expectato ulteriori Magistratus mandato prompti adesse tenebuntur, visitare, merces novas inventas arrestare, et ad Iudicium Censorium, pro ulteriori cognitione deferre. —

Quaestus in Fundis alieno Iurisdictionis.

Ut illegitimus, et praejudiciosus quaestus in fundo alieno Iurisdictionis, tam intra quam extra Civitatem in fundamento Privilegiorum, Iurium fundamentalium, Conventionum ac Decretorum tollatur, aut saltem pro circumstantia rerum cohiberi, et minui possit, Nobilis Consulatus procul habito Studio privato utilitatis, cum Consilio et Auxilio Ordinum serio et incunctanter Iura Civitatis vindicet tueatur, et si opus fuerit, ad Nos recurrat. —

Conservatio et reparatio Portus ac Vistula.

Quum Mercatoribus Navigatio, pro alijs Curis cordiq; sit tertius quoq; ordo negatum antea continuanda taxa 12 grossorum de quavis lasta Navibus vel advecta vel evecta assensum suum nunc praebuerit, proinde cura Conservationis, et reparationis portus aque et Vistula functiq; his conjuncta sub praesidio unius Consularis literati rei hujus benignari. Mercatoribus, salva decisione Ordinum in Casibus arduis, et quoties dissenserint secum committatur. Ut haec omnia vero majori Successu, et sine dispendio publica pecunia fiant, quidam artis Hydraulicae, et Architecturae fluvialis peritus, intra Anni spatium conducatur. —

Ut Administratio Camerae secundum tenorem Concordatorum peragi, et augendis reditibus, expensisq; minuendis, opera dari possit, praecipimus ad actualem Observantiam sine mora, et absq; diffugijs deduci perpetuisq; temporibus, robur retinere Sequentia media nimirum. —

1mo. Ut eadem, quae hactenus in exigendis pecunijs subsidialibus, vulgo Hülfgelder observata per ipsam experientiam, satis probata bonaq; publico convenientissima, adinventa est, dispositio, circa Administrationem redituum Camerae locum inveniat. —

2do Non quatuor, sed octo, ex tertio Ordine eligantur Assessores, ut eo commodius, alterna vice alius post alium, adeoque eorum unus continuo adsit, qui provenientes pecunias computet, custodiat, et sine prascitu suo nihil expendi faciat, cum hac tamen restrictione, ne hac dispositione sumptus, ratione emolumentorum hucusque Assessoribus obvenientium augeantur neque in Conventu Functionis Cameralis, more antiquo ultra quatuor Votum, et Sessionem, salvo tamen in dubijs recursu, ad Collegium, decem actualiter habeant. —

3tio. Liber Capitalis Hauptbuch conficiatur, in quem omnes reditus referendi, quo Assessor omnia quasi uno intuitu introspiciat, reditus perceptos, cum calculis percipiendorum conferat, et subductis subducendis in librum suum, vulgo Cassenbuch transferat. —

4to. Arcario Camera vulgo Cassirer, pecunias quidem prasente Assessore recipere et numerare, non vero de illis privata authoritate disponere easve in custodia sua reservare, licitum sit. —

5to. Omnes Proventus, a functionibus Insula Stublaviensis, Nehringe et Fundorum Montanorum illati, statim in Arca Camera reponantur, et in libro Cassa distinctim et articulatim connotentur. —

6to. Ordinaria Expensa non nisi functione consentiente, et diebus prafixis extraordinaria vero majoris momenti, pravia Ordinum informatione exsolvenda.

7mo. Adificationes sumptuosiores sine Ordinum prascitu, non suscipiantur si vero consenserint, ad parcendum sumptibus fabrica per Contractum, sub determinato pretio Operarijs committatur. —

8vo. Quo defraudationes evitentur, unus Assessorum in libro peculiari, ligna, lateres calcem, aliaque ad adificandum necessaria articulatim et specifice consignet, nec non quanti coempta, et in quem usum adhibita fuerint, annotet, quo a functione Adili Camera et Civitatensis, vulgo, der Cammerey und dem Stadtbau-Amte exequenda. —

9no. Apocha vulgo Quitancia, non a Camerario Domi, sed in consensu et de Consensu Functionis, subscribantur favore et studio partium prout

habito juxta Ordinem vero subscriptionis numeris distinguendæ solvantur, tamen exceptis pijs corporibus, et Fundationibus quæ omnibus in Solutione debent præferri. —

10mo Cum aliquo Artifice, annuus ineatur Contractus, ut minori sumptu, et melius in Armamentario necessaria reparare possint.

11mo Circa Administrationem Molendinorum ejusmodi fiat dispositio, ex qua Civitatis reditus, majora capiant incrementa, et ineant Ordines Consilia, an non e re Civitatis fuerit, ea plus offerenti, per Contractum Arendatorium elocandi. —

12mo Abrogentur omnino Cassæ particulares, reditus omnes in duas nimirum Cameræ et pecuniarum Subsidialium Areas Capitales conferantur. Hac enim ratione obviam iri poterit multifarijs abusibus, et pecuniæ publicæ in Supervaneorum Officialium Salaria inutiliter non expendentur. —

Rationes reddendæ

Quemadmodum Rationes Cameræ non intelligi, aut reduci possunt, nisi reliquæ Cassæ, sive Areæ publicæ propter relationem et connexitatem, quæ inter illas, et Cameram intercedunt, examinentur, et rationes illarum reddantur, ita reassumendo, leges positivas, præsertim vero ordinationem, Divi Sigismundi de Anno 1526. Concordata de Anno 1659. Decretum Divi Joannis Tertij, de Anno 1678. et Concordata ejusdem Anni sancimus, ut sine Effugiis aut ulla renitentia, coram nobis, vel Commissarijs, quolibetque tempore, necesse visum fuerit de omnibus, ac singulis Proventibus, et Expensis, absque distinctione, et Exceptione alicujus Functionis, Calculus et rationes, et quidem in loco Nobis vel Commissarijs Nostris beni viso præsentibus Ordinium Deputatis reddantur. In posterum vero quovis Anno coram Delegatis trium ordinum rationes perceptorum, et Expensarum reddantur, et non nisi prævio sufficienti Examine approbentur. —

Revisio Sylvarum.

Ad publicam utilitatem promovendam Ordinibus demandamus, ut quantotius designent et eligant Deputatos, qui adhibitis Mercatoribus, fabris lignarijs, alijsque rei oeconomicæ peritioribus revisionem Sylvarum in bonis Civitatis montanis instituant, earum Statum describant, quanta Summa, ex Venditione lignorum œrario infori agrorumque cultura, Annuis reditibus Civitatis, accrescere

posśit, mediante taxa, pro summa fide œstiment, atq Judi=
cium suum addant, an e re Civitatis futurum videatur,
cœsis et venditis lignis, ipsum solum agricolis colendum
elocare. —

Lustratio bonorum, et Redituum Civitatis. — Secundum tenorem Concordatorum Anni 1678. Lustratio
bonorum et Redituum Civitatis a Deputatione omnium Or=
dinum, sine mora, et quidem intra biennium, publico sump=
tu Civitatis peragatur, et absolvatur. Quæ sine consensu
Ordinum, avulsa eśse probantur, Civitati vindicentur, et ex=
preśse ad mentem Concordatorum Anni 1659. dicta bona, et
Reditus administrentur. Quare. —

1mo. Administratio bonorum Deputatis Ordinum credenda. —
2do. Pro=Consules huic functioni præsidentes, nihil nisi
Jurisdictionem, quo ad Casas litigiosas inter Convillanos
dirimendas, exclusis alijs Causis, quæ ex Officio judicandæ
sunt, privative exerceant. —
3tio. Mulctæ pecuniariæ, p medietatem, ærario Civitatis
inferantur. —
4to. Pensiones, Census, alijq proventus cujuscunq gene=
ris sine conniventia, in Terminis præfixis exigantur. —
5to. Libri fundorum Erbbücher a functione cujuslibet Ter=
ritorij custodiantur, et ut Errores evitentur, Inscriptiones
præsente plena functione fiant. —
6to. Coloni perpetuis temporibus habeant facultatem de
oppreśsionibus suis conquerendi, apud functiones omnium
Ordinum. —
7mo. Cuncta negotia quæ prædicta bona Civitatis respici=
unt ad Normam Concordatorum de Anno 1659. et Anno
1678. et ex utilitate publica rei, Summa fide, integritate
et diligentia, in Deputationibus Ordinum gerantur. Quod
vero attinet pensionem Semestrem Capitationis, volu=
mus, ut jubente æquitatis ratione habito respectu Nu=
meri Mansorum, quos Convillani pośsident, et homi=
num proportionalis taxa, a functione cujuslibet terri=
torij accedente ratihabitione Ordinum admonetur, secundum
quam tam fundorum Pośseśsores, quam Incolæ non pośses=
sionati, certum quantum facultatibus suis adæquatum ad
hanc pensionem semestrem, in levamen Civium exsolvere
adstringantur. Ut etiam in posterum prata Langgartensia
Civitati fructum faciant ex Sensu Deputationis Cameræ
elocentur. —

Nominationem

Nominatio Teichgrabio: rum et Jurator.

Nominationem et Constitutionem Teichgrabiorum et Jurato=rum aliarumq personarum, ad Officia quaecunq, in bonis Civitatibus Patrimonialibus obeunda necessarias relin=quimus illis, quibus hactenus competebat, eo tamen pro=cauto, ut a quibuscunq largitionibus, signanter illa, quam Teichgrabij solvere, et ab Insulanis repetere solebant, eo no=mine exigendis, vel acceptandis omnino abstineant; In casum primae Contraventionis, relinquatur Jus constituen=di, tales personas functionibus tum Insulanae tum cu=juslibet reliquae administrationis bonorum Patrimonialium et offerens in largitionem duplo, a functione punsiatur Offi=cioq priveatur. —

Ne abusus administrationis publici stabuli continu=entur, statuimus.

1mo. Equos quorum Septuaginta, interdum aluntur tri=ginta duntaxat servandos esse, nimirum quatuordecim equos et Septem rhedas Pro=Consulibus et Camerarijs sufficere, ipsq et reliquos Consules uti posse octo equos necessarijs functionum usibus, et vehendae Materiae fa=bricariae, et reliquos equos octo, Vectoris Vini inservitores.

2do. Equos septemdecim carris publicis destinatos, dimo=vendos esse, cum sine Aurigis, qui purgationem platea=rum, mercede certa conducti curare possint. —

3tio. Sine prascitu et Consensu functionis equos rhedas currus etc. in posterum non esse comparandos. —

4to. Equos rhedas, currus, trahas, aliaq similia, qui=bus opus non est, statim vendenda esse, praevio In=ventario functioni exhibito, ut Emptores conquiri possint.

5to. Post diminutum Numerum equorum, stabularios quoq pauciores retinendos esse, famulis, qui carros vexerunt, plane dimissis. —

6to. Concillanos adstringendos esse ut Avenam Censua=lem, et Stramina restantia advehant, futuris vero tem=poribus praestanda praefixo termino in natura praestentur.

7mo. Denique Ordinationem a functione Stabuli conficien=dam esse, juxta quam, Ordinum Consensu probatam, Stabuli Praefectus, der Stadthöfer se se gerere tenebitur.

Haec omnia Consulatus promoveat, et sustineat, sub amissione beneficij, quo hactenus circa Stabuli usum publici fructus est, salva tamen manente Ordinibus libertate, Numerum equorum et rhedarum sicuti illud à re publica fuerit augendi. —

Emolumenta Judicijs et Scabinorum.

Ratione Summæ certæ sub titulo Richter-Kost, Scabinaticæ à Judice hactenus solutæ, nec non multarum judicialiter decretarum sancimus, nec Judicem multis, nec Scabinos emolumento hoc suo Conveto esse privandos, quamdiu personis his de fixo Salario Conditioni illarum adæquato nondum fuerit prospectum. —

Venationes.

Exercitium Venationis Colonis damnosum fore, omnino timendum, itaq Jus venandi, per Contractum locationis quibusdam tantum relinquatur Merces, ex Contractu locationis Venationum, sub certis legibus, a functione omnium Ordinum cum Conductoribus plus offerentibus perficiendo, reditura Proventibus Civitatis inferatur. Nemini vero ni Civi arrenda hæc Concedenda, et adjudicanda. —

Secretarij.

In futurum plures quam Octo Secretarij non assumantur, quoties vero Subsendicus existit, duntaxat Septem eorum esse debent, nec aliter quam juxta præscriptum Decreti Divi Joannis III et Concordatorum se gerant. —

Letitiæ publicæ Demonstrationes.

Demonstrationes publicæ lætitiæ circa festivitates Solennioues non nisi Ordinum maturo Consilio, ac Consensu locum habeant, neq Magistratus ullo prætextu in ejusmodi aut alijs, majoris momenti, gravioris q sequelæ negotijs publicam Civitatis rem afficientibus, sine Ordinum Consensu aliquid statuat, excepto unico Casu, ubi aliud a Nobis, expresse fuerit mandatum, sub rigore Ordinationis Divi Sigismundi l. 1526. Resp. Divi Sigismundi Augusti 1552. ac Decreti Divi Joannis III. 1678.

Multæ Burgrabiales.

Adimpleant Burgrabij Ordinationes anteriorum Dominorum Regum, signanter Responsum VI. Divi Regis Sigismundi Augusti Anno 1552. neq multctas, ultra præscriptum Juris pro pœnis, in Causis cum Famulitio, contra quod Dominis modica castigatio omnino competit intercedentibus exasperent, deniq ipsi non minus ac omnia reliqua Officia justum per omnia Conditionis honoratiorum habeant, neq illos, cum plebe misceri permittant. —

In Sportulis Judicio Civili, seu etiam omnibus alijs Officijs quin et Ministerialibus, ac Aparitoribus solvendis, ne Cives et Incolæ, omnesq alij Jurisdictionem Civilem requirentes personæ, plus justo graventur, neve Expensæ Judiciales adeo sint onerosa serio inhibemus: Decernentes taxam Sportularum, a Deputatis Ordinum intra Anni spatium facta diligenti revisione adornandam, pro cujusvis notitia et indemnitate typis publicari debere. —

Fortalitij Münde ad Vistulam agriq Mündensis, administrationem Praesidij Civitatis, hactenus concreditam eidem clementer relinquimus, ita tamen ut assumptis sibi quotannis Assessoribus ex Consulatu, Scabinatu, et tertio Ordine, pro more alterius functionis, cum ijsdem reditus omnes et singulos distinctim connotatas in publicum Cameras Aerarium quot annis fideliter inferat diligentissimeq providat, ne quisquam audeat aedificijs fortalitio huic contiguis, ad defraudationem Portorij, aut exercendos Mercantias, solis Civibus competentes, temere abuti, deniq in casu, alicujus periculi, vel externarum turbarum, aut alio quocunq circumspectum exigente, cum Ordinis Deputatum praememoratis, aut etiam pro re nata cum ipsis Ordinibus consultet, et ex eorum sensu, agenda agat. –

Electio et Iuramenta Praefectorum Praesidiarij Militis.

Electionem Commendantis, et Praefectorum Superiorum Stabs Officiers, ad omnes Ordines pertinentem, nec non Electionem Capitaneorum, Consulatui hactenus concreditam in antiquo statu Conservamus, eo praecauto, ut, sicuti, ex praescripto Concordatorum de Anno 1678. Commendans Praesidij, tam intra quam extra Civitatem, nec non Praefectus primus, Fortalitij Mündensis, in Congregatione Ordinum ipsis Ordinibus, Officiales vero reliqui Superiores, vulgo Ober Officiers, omnibus Ordinibus coram eorum Deputatis, in Consilio bellico, in antiquam formulam jurare tenebantur, ita Inferiores Praefecti, Unter Officiers, et Milites gregarij, Iuramenta sua, ex usitata formula, coram Deputatis omnium Ordinum eo tempore praestent, cum ipsis primum numeratur stipendium, vulgo, bey der Zahlung, qui vero in posterum, in Numerum deficientium surrogandi, non a solo Commissario, sed a Consilio bellico, conscribantur, et exauctorentur. –

Beneficia

Praerogativam majora beneficia seu Feuda, vulgo Lehn, privative conferendi, virtute Concordatorum Consulatui Competentem, eidem conservamus, hac tamen Conditione, ut omnia beneficia tam majora, quam minora abhinc solis Civibus, et quidem Mercatoribus, bene de publico meritis, prae alijs tum quoq opificibus, qui facultatibus sine culpa sua lapsi sunt, conferantur in perpetuum exclusis famulis domesticis alijsq, qui Mercatores aut Opificij aut plane Cives non sunt. Taxa Consensu Ordinum

beneficijs reditu ultra mille florenos gaudentibus, impositta tamdiu exigatur, donec æs alienum quo Cassa subsidiaria onerata est, dissolutum fuerit, vel Ordines aliter disposuerint. —

Procuratores. — Procuratoribus sub mulcta Centum florenorum. h.m. aut etiam sub pœna remotionis, ab Officio per Burgrabium Nostrum, ad requisitionem partis læsæ extendenda injungimus, ut patrocinium suum omnibus et singulis contra quascunque personas etiam sui medio Consulatus, et Scabinatus, et ijsdem Consangvinitate, aut affinitate juncta fuerint; omnino benevole Commendent eaque obligatio illorum Jurijurando circa Officij sui auspicium præstando inferenda, quo Juramento simul obstringendi sunt, se Causas partium, summa cum integritate, et fide acturos, et defensuros esse. —

Deputationes Fisci — Quemadmodum Deputati tertij Ordinis, vi Concordatorum signanter 1659. circa percepta et expensa, tum quoque circa alia Officia concurrere debeat, imo Coadministratores Consulatus deducunt, ita hæc facultas et concurrentia, ex ea ratione, quod in quibusdam Officijs, nondum, ad usum, et exercitium hactenus fuerit deducta, negari ipsis non debet, Deputati ejus potius ad functiones Fisci, Accisarum et reliquorum redituum Civitatis, sine ulla exceptione, et remora sunt admittendi. Neque tamen ideo, novæ functiones instituendæ, sed administrationes præfatæ, cum illis jam introductis, quæ commodiores Ordinibus videbuntur, conjungendæ. Administratio vero portorij, ex præscripto Ordinationis Divi Regis Stephani, permaneat in pristino Statu. —

Expeditiones publicarum Literarum. — Inhærendo Divi Joannis III. Decreto, et Concordatis, formam Expeditionum et Instructionum Civitatis publicarum ibidem præscriptam simpliciter et sub pœna nullitatis Instrumentorum, observandam præcipimus, excepto unico casu cum urgens necessitas Moram non fert, adeoque Ordines ante expeditionem convocari nequeunt, ipsa etiam rei Conditio permittit, ut aliquid ex Consensu Ordinum præsumpto, expediri queat. Quo casu tamen omnia quæ ita expedita fuere Ordinibus indilate referantur, hi vero id agant, quod allegatum supra Decretum Joannis III. in hac materia injungit. —

Cura Rei Militaris. — Lustratione et exauctoratione Præsidij peracta Functio bellica, omni studio, et attentione curret, ut circa rem

militarem Civitatis abusus et supervacaneæ tollantur Expensæ, neq pluribus ex præsidio, sive Officialibus, sive gregarijs, Stipendia enumerentur, quam ex Concluso Ordinum conservari debent. Quodsi vero necessitates majorem numerum postulaverint, Consensum Nostrum ad id requirent. Præsidium vero non diutius sine Commendante, et primarijs Officialibus relinquatur, et uno eorum decedente, in locum hunc valentem, intra spatium trium, in Commendantis vero intra Spatium Sex Mensium alius Surrogetur. —

Ordo Consiliorum.

Jubemus ut Consulatus desideria Civium, ad omnes Ordines directa in extenso nihil ex illis supprimendo, reliquis Ordinibus proponat, Scabinatus vero in Causis, ad Consilia Ordinum spectantibus, Suam Sententiam depromere detrectando successum deliberationum publicarum non impediat, denique idem Scabinatus, Collegas suos, ad certas functiones Deputatos sufficienter instruat, ne excusatione elusoria, se non esse instructos nuda auscultatione, tempus deliberationibus publicis destinatum otiose transmittatur, negotia indecisa maneant, et saluti Communi, et privatæ Civium damnum inferatur. De cætero etiam in functionibus observetur, ea modestia, et Consiliorum tranquillitas, quam inhærendo Statutis Sigismundi I supra demandavimus. —

Orationes Publicæ.

Respectu formulæ precationum publicarum, pro Magistratu, et Ordinibus, jubemus nullam aliam formam precationum publicarum respectu, quam quæ circa Supplicationes hebdomadales matutinas hactenus usu recepta fuit, et Diebus Dominicis in futurum adhiberi. —

Materialia ædificationum.

Ipsa ratio boni Ordinis, et parsimoniæ, circa res administrandas Civitatis exposcit, ut ædificationum Materialia quæcunq seu accepta, seu Expensa à functione ædilitia vulgo Bau-Amte diligenter ac specifice articulatimq connotata, omni providentissima Cura ac conscijs Assessoribus dispensentur, et non nisi in usus publicos convertantur. —

Suburbium et Fundus Langgarten.

Cum Suburbium et Langgarten tanquam partes Civitatis omnino ad Curam et directionem Ordinum pertineant, in futurum non seorsive ab unico Consule, sed ab aliqua functione administrentur, expensa

etiam pro inscriptionibus Fundorum, ad Normam Taxæ adornandæ exigantur, conjugatur tamen et hæc Administratio, cum alia functione, ne Expensæ Salariorum augeantur.

Conjunctio Suburbij et Langgarten cum Quarterijs.-

Servato antiquo instituto centum Viri ex Quarterijs, in quibus vacantiæ occurrunt, eligendi sunt, considerata tamen penuria subjectorum ad Centum Viratum idoneorum, in duabus quarteriis vulgo Fischerund breite, Quartier dictis, nec non quod in Suburbio intra mœnia vulgo Vorstadt, et in Langgarten, Cives habitent ad gerendum Officia publica habiles, illiq ex ea ratione a Munijs, et Oneribus Civilibus liberari, aut excludi non possint, quod partes hæ Civitatis post tempora Divi Sigismundi I. et distributionem Civitatis, in quatuor quarterias demum accreverint, proinde alteri Quarteriæ, vulgo Fischer Quartier, Cives Langgartenses, alteri vero Quarteriæ vulgo Breite Quartier Suburbium intra mœnia incorporentur, et ex illis quoq subjecta idonea in centum Viratum eligantur. –

Excusatio a Munijs Publicis.-

Nemo vero in posterum, ex Civium Numero in tertium Ordinem electus Oblatis Summis quibuscunq vacationem ab officio impetrare debet, sola excusatione ætatis ultra Sexagenariæ, aut Morbi pertinacis, et continui ad obtinendam dispensationem valitura, Reliquis semel electis sub pœna amissionis Iurium Civitatis, ad munus suscipiendum, Centum Virale adstringendis. –

Novorum ædificiorum Erectio.

Responso XXXV. Divi Sigismundi Augusti, quo cautum est, ne fiant nova ædificia, absque Consensu Scabinorum et Centum Virorum, illud addimus, ut hæc Dispositio ad omnes Civitatis Fundos et Districtus, sine exceptione extendatur, et illi qui ex tertio Ordine, diversis Functionibus assident, sicuti in omnibus alijs, ac singulis momenti majoris punctis, tenore Concordatorum prius assensum Collegij sui expetant, antequam in nova ædificia, vel sumptuosas reparationes, aut etiam alia placita consentiant sub nullitate Actorum, et sub vinculo respondendi, coram suo Collegio, aut etiam coram omnibus Ordinibus, in quantum Assessores metas Officij sui excesserint. Ne vero id ipsum fiat, Instructiones sufficientes et normam agendorum continentes, circa quamvis functionem, a tertio Ordine Assessoribus suis expediantur serioq attendatur ut illis se in omnibus conformare nunquam negligant, aut intermittant. –

Commercia interna et externa. De Causis tam interna, quam externa Commercia concernentibus Magistratus solus inconsultis Ordinibus co minus cognoscat, aut aliquid statuat, quod Causæ ejusmodi arduæ, quam maxime in numerum eorum negotiorum sint referendæ, quæ ad Coadministrationem Ordinum vi legum et Concordatorum, ex antiquissima praxi pertinent. – Cum necessitas procurandorum pro Magistratu, alijsq Officialibus Civitatis fixorum salariorum, et abrogandorum, deinde Redituum accidentalium satis manifeste appareat, Commendamus Ordinibus, ut sicuti coeperunt, ita pergant deliberare, quænam convenientissima Commodo publico huicq fini sint media, ut et honori, et bono Civitatis, et personarum dignitati sine incommodo privatorum, quo ad fieri potest, consulatur. –

Apparitores. – Apparitores, qui immodeste se contra Cives gerent, aut depactationibus eosdem aggravabunt aliave agent, quibus se limites sui Officij insuper habuisse convincentur, severe et indilate puniantur, aut etiam pro rei qualitate, servitio suo priventur. –

Sangvine junctorum Cooptatio in Ordine Civitatis. Inhærendo Ordinationibus Divi Regis Sigismundi Augusti, in Responso ad petitum XVIII. nec non Divi Regis Joannis III. Decreto de Anno 1678. in objectione multorum sangvine junctorum, ad Magistratum assumi solitorum, perpetuo sancimus, ne unquam fratres germani duo, aut Pater cum Filio, aut Socer cum Genero simul in Magistratum, et Scabinatum, neq in unam eandemq Quarteriam tertij Ordinis amplius abhinc assumantur, nec eligantur, ita Nobilis Magistratus, ne talis consanguinitas in uno Ordine, et uno tempore existat, sub nullitate Electionis observet, mandamus eo simul præcauto, ut quoties una persona, ex his præmemoratis Consangvineis in Consulatu, altera in Scabinatu extiterint, extunc Officium Senioris Scabinorum vulgo Schöppen Aeltermann ejusmodi collegato, ne utiquam conferatur, neq sub ullo prætextu in futurum, salvis tamen modernis Possessoribus permittatur, ut alteruter illorum Civitatis Præses alteruter Scabinorum Senior sit, et nominetur. Magistratus quoq cavendo prædilectionem Familiarum et Consangvineorum tanquam multorum abusuum, et continuarum querelarum originem in posterum Electionem, post posito omni alio respectu, ex solo con

scientia

dictamine peragat. In casum neglecto hujus nostræ Voluntatis, ad eum procedemus rigorem, quem rerum et temporum necessitas boniq́ publici cura svadebunt. —

Suffragia in Quarterijs

Modum suffragia in Quarterijs tertij Ordinis ferendi, colligendi et computandi ex antiquo instituto, et de praxi receptum in posterum quoq́ servandum esse statuimus: Quantum vero attinet ad modum Consultandi, et conclusa formandi, in Congregatione omnium Ordinum sancimus, ut Magistratus Consularis, tanquam princeps Ordo, ad gubernacula Regiminis Civitatensis, sub præstita Nobis Iurata fide primario sedens, et de omnibus, ut Seniores decet, sufficienter instructus, non solam, super qua deliberandum est, materiam nude et sine informatione debita proponat, cum ea ratione Ordines, quid agendum quid consulendum dubij, sæpe in devia excurrant, et dissensionibus mutuis occasio suppeditetur, quin potius, ut præfatus Magistratus Consularis, suum de materia proposita Sensum, cum necessarijs Circumstantijs, circa primam propositionem, vulgo, beym Anhoren reliquis Ordinibus aperiat, et deinde vel facta Scabinatus et duarum Quarteriarum, ad Consulatus Sententiam accessione, licet reliquæ duæ Quarteriæ post adhibitum debitum studium ad Consensum flecti nequeant, Ordinum Conclusum formet, aut etiam consentientibus omnibus quatuor tertij Ordinis Quarterijs in propositionem factam, soloq́ tantum Scabinatu dissentiente, et ad Consulatus efficaces representationes inflexibili, propositum negotium, ne indecisum maneat, ad vota Consulatus et tertij Ordinis, definire non intermittat, dummodo quod præcavemus, tertia pars Scabinorum, actui et deliberationi præsentium, cum Consulatus et omnium quatuor Quarteriarum, Sententia conveniat, idq́ existente tali casu Scabini profiteri, Votorumq́ suorum Numerum publicare tenebuntur, et quæ tali modo conclusa, definita ac decisa fuerint, illa ab omnibus acceptanda, observanda, et strictæ Executioni sunt demandanda, sub pænis in Statutis Divi Regis Sigismundi Primi expressis. —

Pratervectio Portus Gedanensis.

Nobilis Consulatus obstrictus sit ex Officio inquirere, et facta pro rerum Circumstantia ad nos relatione severissime animadvertare cum aliquis Civium, in damnum Nostri Thesauri, Ærarij Civitatis Commerciorumq́ ipsorum, quasdam negotiationum, partes aliorsum deducens, in posterum Portum Civitatis Gedanensis prætervectus fuisse denuntiabitur. —

Areæ Pupillares et Ecclesiasticæ.

Areæ Pupillares, et Ecclesiasticæ sine mora revideantur, et rationes gestæ hujus Administrationis Deputatis omnium Ordinum, indilate reddantur. Quæ autem introducendo meliori Ordini, directioni et Securitati Arearum Pupillarum, aliaque inservient ab iisdem Ordinibus definiantur, et ad observantiam deducantur. —

Syndici. —

In posterum pro Norma a Consulatu observandum, ne unquam Syndici simul Consules sint, neve se aliter, quam ex præscripto Concordatorum gerant, denique in Casu alicujus inter Ordines scissionis, quam tamen Deus avertat, non nisi bonum commune, sine personarum Respectu promoveant, neve utriusque partes solas tenendo, sed unicæ totius Civitatis saluti publicæ vigilent. —

Administratio Ergastuli Publici. —

Commendamus Ordinibus ut spatio unius Anni, administrandi Normam ergastuli publici, in utilitatem et majus instituti hujus laudabilis incrementum delineent, et perficiant, ac sedulo curent, quo annuæ rationes, accurate reddantur, et piæ fundationes, huic instituto semel destinatæ, nulla ratione male administrentur, vel alienentur. —

Opifices Extra Contubernales.

Inhærendo Decisioni, Divi Ioannis III. Consulatus omnes Vagabundos seu Nocivos opifices, extra Contubernia Gedanensia, in ipsa Civitatis Iurisdictione, imo et inter ipsum Militem præsidiarium, familitiumque domesticum existentes, et Civium Contubernalium qui onera publica ferunt, et a quorum Conservatione Universorum Conservatio pariter dependet, Victum Commodaque non sine magna Civitatis ruina praeripientes, ad unius cujusque Contubernij requisitionem sine ulla mora, et protellatione puniat, à Civitate amoveat, et nisi, talis Extra Contubernalis, legibus Contubernij se se subjiciat et cum eodem, de sua tollerantia convenire vellit, juxta contenta Privilegiorum Contubernalium procedat, in posterum vero hoc negotium ita sibi demandatum habeat, ut nullus Extra-Contubernalis, in quacunque Partis Civitate recipiatur, ac tolleretur, aut ulla præjudicia amplius faveantur, quin potius reviviscens, forte ejusmodi abusus, ad Contuberniorum requisitionem, in prima statim verba per Auxiliatricem et promptissimam Magistratus Executionem nunquam denegandam resecetur, imo funditus extirpetur. —

Contuber-niorum gravamina.

Cum quoq[3] præfata Contubernia Civitatis Nostræ Gedanensis, omnia et singula gravamina sua, quibus præter præjudiciosos sibi, omnis generis opifices Vagabundas, in alijs et potioribus Capitibus, contra Privilegia, et Statuta sua vulgo Rollen, a Divis Serenissimis Antecessoribus Nostris confirmata, et ab antiquissimo tempore observata, non sine evidenti extremo ruino suo, periculo affliguntur, denuo ad Nos humillime detulerint, instantissimi Supplicantes, ut ipsis de remedio certo ex plenitudine potestatis Nostræ Regiæ providere dignaremur, proinde annuentes justis eorum petitionibus sub inevitabili, gravig animadversione Nostra districte præcipimus, ut Contubernia, circa Privilegia, et Statuta sua conserventur, in usum Exercitiumq Iurium suorum sublatis, quibusvis præjudicijs restituantur, ac Magistratus sedulus attendat, quo tam in omnibus bonorum Patrimonialium Villis, quam in Civitate non nisi Opifices Contubernales Contuberniorumq legibus subjecti operas suas exerceant, signanter nulli[3] alij quam Cives Contubernales, publicis ædificijs, ac alijs quibuscunq, sumptu publico parandis adhibeantur, nullo Merces,[3] aut aliæ Materiæ ab Extra-Contubernalibus fabricatæ, præparatæ, ac coemptæ, quoad fuerit possibile, in Civitatensem Iurisdictionem admittantur, idq totis Viribus agatur, quo omnia ac singula Contuberniorum singulorum gravamina, cum Magistratu jam communicata, adeoq illi bene cognita cum Consilio et Auxilio Ordinum plenarie, abolicantur, et abrogentur. Deniq Iuramenta per Seniores Contubernales, quoniam illi[3] advitales sunt, et per Vices Annuas dirigendis Contubernijs præficiuntur, non quovis Anno, sed tum cum aliquis ex junioribus, pro Seniore declaratur semel, pro semper in sequentem rothulum præstentur. –

Nos juramus, quod Contubernium Nostrum rite Servabimus, Nobili Consulati fideles, et obedientes erimus, nullas illicitas, aut seditiosas Congregationes, seu publice, seu clam, tenebimus, neque illas Litteras, ad Contubernium Nostrum scriptas, sine præscitu Consulatus, aut Proconsulis Præsidentis aperiemus, nec illas Nomine Contubernij, ad Contubernia extranea[3] sine dicto prascitu scribemus, et de omnibus quæ in Aream recipiemus, in præsentia Patroni Contubernij, vel coram illo rationes reddemus, præterea quicquid resciverimus quod contra Civitatem et bonum commune

fuerit, illud Consulatui et Pro-Consuli Praesidenti fideliter denuntiabimus sic nos Deus adjuvare etc. etc.
Circa quae Juramenta tamen praecavemus, ne sub eorum praetextu Contubernijs Congregationes particulares inre bus Contubernalibus ullo modo inhibeantur, aut impediantur, neve illis querimoniam aliquam gravem habentibus facultas Consultandi, et remedia licita quaerendi adimatur, quin potius absq ulla Consulatus praepeditione Recursus ad nos et Judicia Nostra salvus semp maneat, et concedatur. —

Notarij Regij.

Quandoquidem Notarij Authoritate Regia in Civitate Gedanensi constituti, vigore Decreti Divi Regis Ioannis III. speciali Regia Protectione gaudentes. Jurisdictioni ipsius Officij Burgrabialis, duntaxat, et sub ea restrictione subjecti sunt, ut ab illo etiamsi Criminis rei non nisi praevia Informatione facta puniri possint, tuendo Jura Nostra Regia declaramus, Notarios Regios circa Immunitates et praerogativas mediante Privilegio Regio ipsis concessas conservandos esse, juribusq exemptionibus et muneris sui Exercitio, sine Officij cujusvis praepeditione frui debere, ut pote, sub protectione Nostra existentes, ita tamen, ut se Decreto Divi Regis Ioannis III in omnibus exacti conforment. Quo vero post fata et decessum Notariorum designati a Nobis Successores, recursum ad Acta Antecessorum habere possint, inhaerendo praeallegato Decreto statuimus, ut quoties ex sex nunc existentibus Notarijs, aliquem mori contigerit, extunc post fata illius Nobilis Burgrabius Noster pro tempore existens, Acta et Prothocolla intra Octiduum praevio Inventario, ad se recipiat. et Vidua seu haeredes, eadem omnino extradant, id ipsumq Nobiles Burgrabij Nostri semp praestent. Post modum novo Notario Publico per Nos interveniente Morte prioris constituto et Privilegiato, recepto prius, ab ipso solito Juramento, eadem Acta consignent, et extradant, Specificatione Actis ingrossata, Manu novi Notarij recipientis subscripta, penes se relicta in vim Legis perpetuae, Ordinamus.-

Braxatores Lanificij et Capillamentarij.-

Ratione petitionum et supplicationum Braxatorum Lanificium vulgo Zeug- und Zeugmacher, et Capillamentariorum, declaramus, et Nobili Magistratui injungimus quatenus in ijs, quae dicta Contubernia aut per Executione Statutorum et Ordinationum suar: a Divis Regibus Antecessoribus Nostris confirmatarum, aut p obtinenda

etiam novi Contubernij institutione, suffragante aequitate flagitant, desiderijs eorum indilate subscribere, eorumque omnimodam rationem habere non differat, alioquin elapso, frustra sex Mensium Spatio, Animadversionem Nostram incurrat. –

Medius Centesimus Denarius

Cum per Conclusum de dio 12. Julij 1737. prius de Anno 1735. de medio Centesimo Denario, ad decennium conferendo, non diserte, id abrogetur, quo circa Ordines Consilium ineant, an Civitati expediat, ut exactio dictæ Contributiones, pro exsolvendo aere alieno ad tempus definitum continuetur. Quod si vero hac in re, non convenerint, Nobis rationes suas exponant, quæ Civitati salutaria, et utilia fore existimaverimus audituri. –

Expensæ

Tandem ratione Expensarum occasione dissensionum praenominatarum factarum Statuimus, ut quoniam ex hac nostra Ordinatione, utilitatis plurimum, et prosperitatis, in bonum Civitatis publicum, ad seros posteros redundaturum esse certo apparet, Pro hac vice, partis utriusque sumptus itinerum, aliarumque necessitatum causa hactenus erogati, Summæque mutuo acceptæ, ac realiter Expensæ ex Aerario Civitatis communi depromantur et refundantur, inque hunc finem Ordines, ab insinuatione Ordinationis hujus, intra tres Menses, inter se, de adaequatis solutionis paratæ medijs conferant, et negotium determinent, ac pacificent, sub ea tamen expressa Conditione ut quaecunque pars, Executionem Ordinationis Nostræ, quocunque modo impediverit, et protelaverit, ipso facto beneficio hoc ex singulari Nostra Clementia concesso excidat, et non tantum suas Expensas, merito suo pdat, sed et prout illud omnino Nobis reservamus ad promeritas poenas, et ad omnium Expensarum, ex proprijs loculis refusionem indubitatam, medijs de Jure competentibus stringatur, Postremo omnes Ordines, totamque Communitatem, serio exhortamur, ut offensionibus simultaneis, et odijs quibuscunque reciprocis oblivione aeterna sepultis, pro avertendis majoribus malis, ex discordia, et differentia saepe, in apertas turbas et tumultus periculosos /: quod Deus avertat :/ erumpentibus ad conciliandam pacem, tranquillitatem Concordiam, mutuamque Charitatem, tanquam fundamenta publicæ felicitatis, studio intentissimo, utrinque concurrant, Cives omnesque et singuli Civitatis Incolæ, Burgrabium,

Præsidem, Proconsules, et Consules, tanqm Primores, et Civitatis Præfectos, reverenter habeant, et observent, jussaq eorum benevolè, et prompte, sub pœnis per Ordinationes, et Decreta Serenissimorum Prædecessorum Nostrorum exequantur, vicissim, quoq Burgrabius, Præses, Pro-Consules, Consules, et Scabini memores publicæ salutis promovendæ causa, sibi Regimen Civitatis, legibus tamen illius conformiter exercendum, concreditum esse, Officia sua sepositis omnibus alijs respectibus, strenue, provide, et integerrimè gerant, Universis Justitiam indilate administrent, Civibus nec graves, nec morosos, nec etiam in verbis, et factis injuriosos, sed accessu et affatu faciles, humanus, et afflictis ad opem ferendam proclives, vi suæ obligationis se se prœbeant. Signanter vero ab executione Militari contra Cives Possessionatos abstineant, paterneq omnes tractent, uno verbo: Præsidia communis salutis, non nisi in Reverentiâ Principis sui, legum exacta Custodiâ, et firmanda mutua Concordiâ quærant, in specie vero Deputatos tertij Ordinis, et Mercatorum, qui ad Nos recursum fecerunt, occasione litis præsentis, non persequantur, aut ab illis Vindictam sub quocunq colore, sumant, quippe omnes Cives, et Incolas Civitatis Nostræ Gedanensis specialiter vero, illorum Deputatos ex tertio Ordine, Ludovicum, Godofredum Jantzen, Nathanaelem Gottlieb Richter, Samuelem Flander, Joannem Gottfried Schwartz, Michaelem Langwald, Joannem Georgium Luther, Fridericum Eichstädt, et Jacobum Bergen deinceps ex parte Societatis Institutorum, et Granariorum, vulgo Krähmer, und Speicher, Societät der Rechten Stadt, Alexandrum Martinum Hewelke, Adamum Trett, et Georgium Klingbeil, tandem Gotthilf Wernicke a tertio Ordine et præfatis Societatibus ad Aulam Nostram Regiam Deputatum, nec non supra Nominatos tertij Ordinis, et Contuberniorum ad Aulam Nostram Varsaviam Deputatos cum Familijs, bonisq illorum in specialem Protectionem Nostram Regiam assumimus, illisq securitatem omnimodam à vi et potentia, Nobilis Consulatus et Scabinatus, vi præsentium serio impertimus. Tertius vero Ordo, redeundo ad usitatum Consultandi modum, secundum Præscripta Statutorum et Concor-

datorum —

se gerat, intermissis Conventualis privatis abrogataq; simul atq; Nostræ declarationes et Ordinationes, ad realem Executionem deductæ fuerint, Deputatione, qua tunc amplius opus non erit, quoniam dissensio cessare, et pristina Concordia datis æternæ oblivioni mutuis querelis, ab omnibus Ordinibus coli debet. – Tandem districte jubemus, et sub gravi Indignatione Nostra et pœnis, per Ordinationes et Decreta Prædecessorum Nostrorum comminatis, et in casum gravis, et temerariæ Contraventionis, etiam sub pœna privationis Officiorum, alijsq; arbitrarijs, in Judicijs Nostris Assessorialibus, extra Cadentiam et Ordinem Regestri prompto et indispensabili rigore extendendis, quatenus Nobiles Burgrabij, Proconsules, Consules, atq; Scabini nec non tertius Ordo ac Contubernia Ordinationem et Reformationem præsentem justam, æquam, atq; Civitati Nostræ Gedanensi, ac Civibus, et Incolis Salutarem, utilem, et necessariam, juribus, Privilegijs et antiquis Consvetudinibus Civitatis, ac Societatum Mercatoriarum, et Contuberniorum singulorum, non contrariam, potius illis conformem, et consentaneam, deniq; sufficientissime attentis Partium querelis mutuis, et omnibus satis superq; trutinatis, maturo Consilio pronuntiatam, quam ad omnium, quorum interest notitiam deduci volumus, fideliter, et pro subjectionis Vinculo, sine informationibus ulterioribus aut alijs quibusvis expositionibus, ac interpellationibus longius petitis instar pragmaticæ legis, servent, et exequentur, quin et a reliquis Ordinibus, totaq; Communitate, et omnibus Civitatis Incolis inviolate servandam et tenendam curent. –

In quorum fidem et valorem hæc omnia et singula manu propria subscripsimus, et Sigillo Regni communiri jussimus, hancq; Ordinationem adstantibus partibus, et præsentibus, Reverendissimo Primate Regni, Reverendis Episcopis, Magnificis Senatoribus, et Ministris Regni publicari, post publicationem Actis Metricis Regni, inseri, ex ijsdem extradi demandavimus. Dabantur Varsaviæ die XX Mensis Julij, Anno Domini M.D.C.C.L. Regni vero Nostri XVII. Anno. – Ordinatio Civitatis Gedanensis. Augustus Rex etc. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Ignatius Ludovicus Nowicki. Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius mpa. Quam ejusmodi Ordinationem, sic ut præmissum Oblatam Nos ad Acta præsentia Metricis Regni suscipi, ijsdem inseri et

parti postulanti in Forma Authentica extradi. Originale vero rursus, Eidem Gsō Offerenti permisimus restitui, de quo recepto Cancellariam Nostram quietavit, quietatq presentibus, et pro majori fide manu propria se subscripsit. Antonius de Leubnitz Sacræ Regiæ Majestatis Camerarius. In quorum fidem Sigillum Regni est appressum, Actum Varsaviæ, Friā 3tia, pridie Festi Sæ Mariæ Magdalenæ, die scilicet, 21. Mensis Julij, Anno Dñi 1750. Regni vero Nostri XVII. Anno. —

Relatio Illmi et Excellmi Domini Dni, Joannis Comitis, in Końskie et Białaczow a Małachowice Małachowski Supremi Regni Cancellarij Opocnens. Ostrolecens. etc. Capitanei Offert Gsō de Leubnitz Camerarius S. R. Mtis. Ordinatt. p. Civitt Gedanens. —

Reflexiones super emananda Decretali prohibitiva, ne Episcopi Rutheni retineant Abbatias, una cum eorum Episcopatibus. —

Si hujusmodi Declaratio ad Instantiam Patrum Basilianorum per Sanctissimum Dominum proferretur, esset non solum Episcopis prejudiciosa, sed etiam (: quod majus est :) Juribus Regijs et Collatorum nimis derogans. — Esset Episcopis prejudiciosa. Quia aliqui Episcopatus, ob tenuitatem Proventuum sunt miserabiles, et Episcopi ex illis, sint Abbatijs, honestam pro suo statu Sustentationem non haberent. Tales sunt, Prinscensis, Chełmensis et Leopoliensis, Imo Leopoliensis ex sua Erectione per Privilegium Sigismundi Primi Anno Domini 1539. editum, habet perpetuo adunatam sibi Abbatiam, Uniejovensem. Nam præter unicam Villam Perehynsko, et hanc sitam in montibus, nulla prorsus habet bona stantia, alij vero Episcopatus præfati etc, habeant bona stantia, sed modicum important Reditum, Unde Ejusmodi Ecclesiarum Episcopi, si non tenerent, vel saltem in spe non essent obtinendi aliquas Abbatias foret indubitatum, quod vix aliquis Vir honestus resolveret, se ad eas promoveri. —

Esset

Esset Juribus Regijs, et Collatorum derogans, Quia ligaret manus, Serenissimis Regibus, et pluribus alijs Patronis, quibus Jus tribuit liberam potestatem conferendi, tam Abbatias, quam alia beneficia Ecclesiastica personis, quibus volunt, dummodo ad ea sint Capaces, et idonei. Quod de Episcopis dubitari non potest, cui enim datum est quid majus, dari potest, facilius minus, Et si Episcopi reperti sunt, capaces pro Episcopatibus, multo plus habiles erunt, tenendi Abbatias, Gradus enim Episcopalis, non inhabilitatem ad beneficiorum obtentiones personis tribuit, sed dignitatem, et ad majores promotiones facilitatem. —

Deinde Constitutione Regni Anni cautum est quod majora beneficia, nempe Episcopatus, et Abbatia Ruthena non alijs conferantur, nisi Personis Ritus Graeci Uniti, qui Nobiles sint. Cui Constitutioni Patres Basiliani sataguent inficias ire, per procuratam Decretalem inhabilitantem Episcopos, ad obtinendas, vel obtentas retinendas Abbatias. —

Videntes siquidem plurimi illorum, qui de stirpe ignobili sunt progeniti, quod stante tali Constitutione non possint ad Abbatias promoveri, ante Annos aliquot statuerunt in uno Capitulo, ut ad tria Vota Religiosa Essentialia apponatur, quartum non curandi illos honores et Promotiones, nisi habito ad id, á Primoribus Religionis Consensu in Scriptis dato. —

Hoc autem colorato pio Statuto, non solum Religiosis de Nobili Stirpe natis, viam ad promotiones eas, quas ipsi alsequi non possunt, praecluserunt, sed et Collatoribus, sensim Jus Patronatus adimere intendunt. Etenim vacante aliqua Abbatia Collationis Regiae, aut alicujus alterius illi negantes Religioso Nobili in 4to Voto Dispensationem, seu Consensu /: pro curanda tali Abbatia, interim bona Abbatialia sub praetextu Administrationis indebite sibi usurpata /: quia olim a Regibus tales Administrationes emanare solebant, uti eruitur, ex Privilegio Vladislai IV in Anno 1640. die 5ta 9bris. Antonio Sielawa Metropolitano pro Administratione Abbatiae Zydyczynensis dato :/ in sua Possessione retinendo, omnes fructus ex illis percipere, et in suos privatas usus convertere solent. Et quamvis peroptime noscant, beneficia quaevis Ecclesiastica Juris Patronatus Laicorum

nisi ad sex Menses vacare debere, illi nihilominus per negatum Consensum, et non Recommendationem Collateralibus Personæ Nobilis idoneæ vacare faciunt Abbatias per plurimos Annos, imo et pro semper, Quod verificatur in Abbatijs Favroviensi in Regno Vilnensi Sanctissimæ Trinitatis Czerecensi, Torokanensi, Lavryszoviensi, Berczevecensi, et alijs in Lithvania ipsis melius notis, jam pridem in simplicia Monasteria, cum evidenti Juris Patronatus subpressione conversis, et mutatis. —

Et quia insuper existentibus Abbatijs pro extingvendis eisdem hac methodo, uti nequeunt. Cum ad vacans Episcopi nullo modo à Religiosis Capitibus, in hac re dependentes, et illorum Consensu non indigentes, ab ijs, ad quas, Collattis. Ius pertinet, præsentari curant /: prout id contigit, in vacantibus Abbatijs Zydyczenensi, et Ovruczensi, Juris Patronatus Regii, a quarum prima, jam institutus, Illustrissimus Episcopus Luceoriensis, ante tres Annos per Religiosos expulsus est Ad Secundam vero præsentatus, a duobus Annis, Illustrissimus Episcopus Chelmensis non admittitur et interim bona utriusq per Religiosos possidentur /: Id circa memorati Religiosi, seu verius Religionis inquieta Capita pro Consequendo fine suo, aliud exquirunt medium, Decretalem nempe inhibitivam, generalitates. Episcopis, ne Abbatias cum Episcopatibus retinere queant. —

Stante namq tali inhibitione ad vacaturas Abbatias, nec Episcopi, nec Simplices Religiosi Nobiles, promoveri poterunt. Non Episcopi quia Eis obstaret Inhibitio Pontificia, Non etiam Simplices, Religiosi Nobiles, quia Consensu Superiorum, ad curandas ejusmodi Abbatias carebunt. —

Deinde Consensus etiam iste si penitius attendatur, Juri Majestatico, et Patronorum est nocivus, Involvit enim in se, quod Capita Religionis dignascantur habere Jus Collationis, activum promovendo quem volunt. Collatores autem solum passivum nempe illum tantum præsentando, quem illi per datum a se Consensum, ad hanc vel illam Abbatiam præsentari permittunt, quod Libertatem Patronorum, summe lædit, et politicam sapit Coactionem. —

Unde cum quarum hoc Religiosorum Votum, et Decretalis quæ per Ipsos procuratur, non ad alium tendant finem, nisi ad infallibilem reliquarum Abbatiarum

extinctionem, et delicatissimi Iuris Patronatus Collatorum subpressionem, instandum fortiter est, ut talis Decretalis præjudiciosa non proferatur, et si jam lata est revocetur. —

Literæ à Serenissimo Imperatore Romano Germanico, Francisco Primo, ad Serenissimam Rempublicam Poloniarum scriptæ. —

Franciscus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus. —

Reverendissimi Reverendi, Illustrissimi Illustres, Magnifici, nec non Generosi Sincerè Dilecti. —

Dum Reverendissimæ Paternitati Devotionibusque Vestris, ac Vobis de propenso Nostro Amicitiæ, arctoque Concordiæ servandæ desiderio, semper magis constare volumus, idque ut Nomine Nostro pluribus testetur, Viro natalibus, ac integritate insigni, Illustri et Magnifico Cæsareo, Nostro Consiliario actuali intimo Camerario et ad Aulam Serenissimi ac Potentissimi Poloniæ Regis, et Electoris Saxoniæ Ministro Plenipotentiario, Sacrique Imperij, Fideli Dilecto, Philippo Sacri Romani Imperij Comiti, à Sternberg commisimus, hoc vobis tam gratum fore confidimus, ut Eidem non tantum plenam fidem tribuendam, sed et Nobis Ipsis, omnia semper amicitiæ unionisque studia rependenda fore, Nobis promittamus. Optime sic mutuis Commodis consuletur, Nosque semper rebus Vestris, tam sincere favebimus, ac Reverendissimam Paternitatem, Devotionesque Vestras, ac Vos, Divinæ beneficientiæ, ad omnigenam felicitatem commendamus. Datum Viennæ, die 8va Aprilis Anno 1750. Regni Nostri Quinto. —

Franciscus. —

Ut Nomes Colloredo, Paulus, Antonius Candel. —

Subscriptio harum Literarum, ab extra Reverendissimis, Illustrissimis, Illustribus, Magnificis nec non Generosis

Domino Adamo Komorowski, Archi Episcopo Gnesnensi, Legato, Nato, Primatiq; Regni Poloniæ, et Magni Ducatus Lithvaniæ, Sincere Nobis Dilectis. —

Literæ ab Imperatrice Romanorum, ac Germaniæ Hungariæ, Bohemiæq; Regina, Archi-Duce Austriæ Maria Theressia, ad Serenissimam Rempublicam Poloniarum scriptæ.

Maria Theressia Dei Gratia Rom. Imperatrix, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæq; etc. Regina Archi-Dux Austriæ.

Reverendissimi, Reverendi, Illustrissimi, ac Illustres, et Magnifici, nec non Gsū — Sincere Dilecti. —

Quam Constans ac propensum Colendæ, semper magisq; stringendæ, si fieri potest, cum Reverendissima Paternitate Vrā Devotionibus Vestris, a Vobis Amicitia, arctoq; Concordiæ, desiderium Nos teneat, et jam antea perspectum vobis esse confidimus, et quo magis adhuc constet, Viro Illustri, et Magnifico Fideli Nobis Dilecto, Philippo Sacri Romani Imperij Comiti à Sternberus, Nostro Camerario, Consiliario Actuali intimo, et ad Aulam Serenissimi, ac Potentissimi Poloniarum Regis, Saxoniæq; Electoris, Ministro Plenipotentiario, in mandatis dedimus, in eo Vos obfirmandi, haud ambigentes, quin gratus vobis fuerit, et Vos eidem plenam omnino fidem in ijs quæ Nomine Nostro, pro mutuis commodis exponet, adhibeturi sitis, qd ipsum pari occasione Vobis referemus. Cœterum Reipublicæ Vestræ, omnino fausta apprecamur Datum in Civitate Nostra Viennæ, die 8vā Aprilis Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo. Regnorum Nostrorum Decimo. —

Maria Theressia.

Comes ab Uhlfeld Jos Christophorus Bartheastein. —

Subscriptio ut Supra. —

Lettres de Sa Majeste le Roi de France etc Ecrites a la Serenissime Republique de Pologne.

Kopia Listu Jmć Pa Krakowskiego do J. K. M. pisanego, die 1ma 7bris Anno 1750. w Józefowie. —

Nayiaśnieyszy Królu Panie, Panie Móy Miłościwy. —

Na List Waszey Krolewskiey Mości Pana mego Mi=
łościwego w podroży z głębokim Respektem odebrany, de
22. praesentis odpisać niemogłem, z przyczyny Hira=
gryczney affekcyi, który był odiął mi sposobność zaży=
cia pióra, ścielę się, do Nóg Jego Pańskich z pokornym
przeproszeniem za opoźnienie moie, znayduiąc zas cokol=
wiek ulgi, z nayniższą Submissyą cum sensu meo ex=
plikuię się. Raczysz mię Wasza Krolewska Mość P.
M. M. łaskawie uwiadomiać, że Regiment Łanowy
konferowałeś Jmći Panu Kossowskiemu Podskarbiemu
Nadwornemu Koronnemu, y po mnie żądasz, ażebym favore
Jego forsztelacyą wydał. Pozwolisz mi Wasza Krolew=
ska Mość wypełnić Obowiązek móy, który mię przyciska

przez przysięgę mówię że do Wakansów Żołnierskich, a tym bardziey Regimentowych powinni bydź wybrani nietylko w tym Rzemieśle zasłużeni, ale też dobrze wiadomi, y przez Experyencyą dostatecznie nauczeni ludzie.

Imości Panu Podskarbiemu Nadwornemu Koronnemu nieubliżam nic, co się tycze nabytych in Toga przymiotów. Nieznane iednak WJmći MMM.Mu Pa żadnych in Marte dzieł, y nikt mu tego przypisać, ani on sam sobie niemoże przywłaszczyć. —

Dlaczego chcąc Rzeczpospolita, ażeby Munia Żołnierskie competenter per distributionem Nayiaśnieyszych Królów rozdawane były, Rekommendacyą Osób na Hetmanów włożyła, y Wasza Królewska Mość Panie Mój Miłościwy dobroczynnego na moie prozby, y reprezentacye nie chciey ubliżać względu, i baczenia, Wszakże Nayiaśnieyszy Panie w nayabsolutnieyszych nawet państwach mieysce znayduią Rekommendacye Kommenderuiących Woyskami. Ja zaś w pokorney Subnissyi niosę Je do Pańskiey akceptacyi, z Prawa pozwolone sobie, Supplikuiąc Waszey Królewskiey Mości, P. M. M. ażebyś wydany Imci Panu Podskarbiemu Nadwornemu Koronnemu Patent, z niżey wyrażonych przyczyn revokować raczył, a wspomniony Regiment Łanowy, którego iest z tylu praw publicznych po tyle kroć razy powtórzonych destynacya, w Obozach i przy Forteacy zostawać, oddać raczył, z tych iednemu, którzy dawnieysze Patenta maią, ieszcze od Świętey pamięci Nayiaśnieyszego Oyca Waszey Królewskiey Mości, wydane na Regimenta do tey Piechoty, lub też z Sztab Officierow, któremu się zda Waszey Królewskiey Mości w tym Regimencie zasłużonemu, y których iest kilku zostaiących, in expectatione emeriti gradus. —

Jeżeli zaś moie Reprezentacye, które ex Nexu Juramenti czynię, niebędą przyięte, iako się zwykł konformować, do woli Waszey Królewskiey Mości, niebędę się i w tey sprzeciwiał mierze. —

Niech iedzie Imci Pan Podskarbi Nadworny Koronny do Regimentu, do Kamieńca, znaydzie na tamtym mieyscu zwaną forsztelacyą. Initiabitur w początkach Służby cudzoziemskiey, wcale mu niewiadomey, y nauczy się tego, czego wyciąga Profesya Żołnierska, ponieważ nie do brania Prowentów, ale do czynienia Służby, trzeba, aby mieli Regimenty Szefów zwaich, z kąd nietylko

dla W. K. Mości Pana Mego Miłościwego, y całey Rze=
czypospolitey debitum będzie obsequium, aletesz honor,
że pod znaiomemi dzieł Rycerskich, zostawać będą Regi=
menta. Inaczey nierozumiem, iakby JmPan Podskarbi
Nadworny Koronny, brać się miał do niego, niewiadomy
wcale Trybu Żołnierskiego. Ta zas Piechota Łanowa
którą Rzeczpospolita w Konstytucyi 1726. mianuie, quon=
dam bydź robur militiœ y do Obozowych usług iest nay=
potrzebnieysza, żąda azeby miała Szefa, między innemi
naywiadomszego, i nayznaiomszego powinnosci swoich. —
Scielę się z głęboką adoracyą do Nay Pańskich i iestem
Waszey Królewskiey Mości Pa M. Miłościwego
Wiernie Życzliwy y Nayniższy Sługa —
J. Potocki K. K. Hetman Wielki Koronny. —

List JW. Jmci Pa Kanclerza Wielkiego Koronnego, do JWo Hetmana Wielkiego Koronnego z Warszawy die 12. 7bris Anno 1750. pisany. —

Po odebranym od WWMci Pa Dobrodzieia Responsie
Jo Krolewska Mość P. M. M. spodziewał się dotąd, że
JmP. Podskarbi Nadworny Koronny będzie promulgo=
wany, w Woysku, według Patentu swego iako Pułkownik,
i Szeff Łanowego Regimentu, ale że ieszcze otym nieprzy=
szła wiadomość, z Rozkazu Pańskiego, mam honor te kil=
ka liter wyrazić; Nayprzod WMMW Pan opiszesz, do Nay=
iasnieyszego Pana po Remonstracyach swoich, że ie=
żeli będzie Wola Pańska, nieomieszkasz forsztelować
JmPana Podskarbiego Nadwornego Koronnego, w Woy=
sku, według Patentu Jego Krolewskiey Mości, cze=
ka wtym Uwiadomienia, a ponieważ niemasz, kazał mi
oto pisać, do WWMPana. Niechodzi Jego Krolewskiey
Mości o Osobę JmPana Podskarbiego Koronnego, ale
chodzi, aby Jus Regium, in Collatione beneficiorum,
tam in Civilibus, quam et Militaribus nieupadło, bo
Krol Jo Mość wyiąwszy tarki, które może dać ad libitum
gdyby mu to było umknięto, nie miałby wczym pokazać
Maiestatem WMWM Pan uczyniłeś z siebie Remonstra=
cye, przeczytawszy Je Jo Krolewska Mość, kiedy nieodmie=

nił

nieodmienił intencyi swoich, nil superest, tylko explere Voluntatem Nayiaśnieyszego Pa bo in Iure Regio słyszałem na racyę WPa Replikę, że JmPan Podskarbi Nadworny Koronny w Woysku Cudzoziemskim niesłuzył, że iest wiecey Pułkowników takich, co w Woysku Cudzoziemskim niesłuzyli, a z tym wszystkim nie mieli Oppozycyi, na Hetmańskie Rekomendacye Prawem opisane, y to była Odpowiedź. Że Rekommendacya Hetmańska dość motiva, do otrzymania łaski Pańskiey, ale nie przymusza, bo alias Ius Regium in collatione Szarzy Woyskowych, byłoby non Regium ale Ius Hetmana, y Król JmćPc niedawałby Zołnierskich Patentow, aleby tylko podpisywał Rekomendacye Hetmańskie, y tak Król Jmść. byłby Subjectus w Beetanie, Co za Prawo Królowi w moc dato, nie Hetmanowi, więc Rekommendacya niemoze tollere Ius Regium. Z tych tedy okoliczności rozumiem, ze WMcPan niemieszkasz pokazać, ze cum Respectu summo, przymiesz signatas gratias Principis, tego życzę nietylko iak Minister, ale iak przywiązany Sercem do WMWMciPa. Gdyby WMcPan odbierał od Krola Jmości Ordynanse iść z Woyskiem, na Zaczepkę Sąsiadow, et his similia, exkuzowałbyś się WMcPan prawem, i byłaby Res popularis, y niktby za złe niemiał, ale tu prawo przychylne, więc trudno mu się sprzeciwiać, kiedy in Manibus Regiis, dać koniec się podoba, choćby Rekommendacya Hetmańska była, zakim inszym wzwyż wyrażonych racyi. Ja tedy konczę List z nieskonczoną etc. —

Kopia Instrukcyi od Trybunatu Koronnego Jmci Xiędzu Michałowi Lipskiemu Kanonikowi Gnieznieńskiemu, Vice Prezydentowi, y Jmci Panu Leonowi Kuczyńskiemu Stolnikowi Mielnickiemu, Deputatowi z Woiewodztwa Podlaskiego, Posłom, do Jo Królewskiey Mosci, Pana Naszego Miłościwego dana. —

Iako Jo Królewska Mość Pan Nasz Miłościwy, z umartwieniem Serca swego, na załamowmy Roku przesztego kurs Sprawiedliwości Swiętey zapatrywał się

tak kiedy teraz zaś Sprawiedliwość Święta do dawnego
wróciła się Siedliska, Trybunał Główny Koronny czyni po=
śpiech z winną Pańskiego Majestatu Adoracyą, y delego=
wanym Posłom swoim zleca, u Tronu Pańskiego złożyć
się oświadczyć, że wzór biorąc wszystkich cnót, od Monar=
chy swego, Namiestnicza władza Jego, prace w Sądach nay=
większe wesoło podeymować będzie, aby to cokolwiek um=
knęła nieszczęśliwość takroczna, żądającym w Sprawach
swoich Ratunku, tegoroczna nadgrodziła Sądów Reas=
sumpcya, kiedy zaś Jº Królewska Mść Pan Nasz Miłości=
wy niesfatygowaną do szafunku Dobrodzieystwy wy=
ciąga rękę, będą uprasać Ichmość Panowie Posłowie
Nayjaśnieyszego Pana, za Jmcią Xiędzem Prezydentem Try=
bunału Koronnego, aby w przedaiczych się Okazyach złotone=
ne dla siebie uznał Serce Pańskie, a przeto Przymioty
zacne Jego, i doznaną w publicznych pracach Applikacyą,
z Dobroci Jº Królewskiey Mości Pana Naszego Miłości=
wego, wzięły Rekompensę. —

Wniosą oraz i podobną za Xiążęciem Jmością Mar=
szałkiem Trybunału Koronnego, Marszałkiem Wielkie=
go Xięstwa Litewskiego Interpozycyą, tudzież i za zasia=
dającemi utriusq Collegii Sędziami, a osobliwiey za
Jmć Panem Woroniczem Kasztelanem Kijowskim Kol=
legą Naszym, iakoteż Ziemstwem Sieradzkim, przykład=
nie pilność swoią, przykładnie pilność swoią circa
manutentiam Praw czyniącym, aby Chleba Pańskiego
posiłkiem mocniey, tak wielkie ponosili prace. —

Tudzież Ichmościów Panów Sapiehę Smoleńskiego, Po=
tockiego Bełzkiego Woiewodów, Potockiego Krayczego
Koronnego, Małachowskiego, Oświęcimskiego, Potockiego
Tłumackiego, Starostów, Viros pro Patria bene senti=
entes /: którzy swoim usilnym staraniem, y znacznym
in publico Kredytem, przerwany kurs Sprawiedliwości
Świętey otwierając adverso, a to w Roku przeszłym zata=
mowany, aby się, do własnych przywrócił rządów,
i biegu Ordynaryinego mocno dopomagali :/ Pańskiemu
oddadzą Respektowi. —

Ichmościów Xięży Sołtyka Koadjutora Kijowskiego,
Lubinskiego Pisarza Koronnego, Iwańskiego Archi Dya=
kona Gnieznieńskiego, Tudzież Ichmościów Panów
Tarła, Goszczyńskiego, Opaleńskiego, Bolestawskiego
Starostów, in Adminiculum Publicznego Dobra przy=
kładających się

się takze Pańskiey Łasce rekommendować będą. Datum
w Piotrkowie die 6.ta 8bris. Anno 1750. —

Respons na Instrukcyą zwyz Po-
mienionym, do Jo Krolewskiey Mosci
delegowanym Posłom Dnia VIII Mie-
siąca Pazdziernika Roku Pańskiego
M.D.C.C.L. z Kancellaryi Mnieyszey
Koronney dany. —

Obumarła Roku przeszłego w zatamowanym Trybu-
nale Piotrkowskim sprawiedliwość, że w tym Roku, za
Sprawą Boską, y usilnym staraniem Godnych y za-
cnych Osób, contra fata sua revixit, tym milsza to
iest Oycowskiemu Jo Krolewskiey Mości Sercu no-
wina, Im większe i delikatnieysze bywa, prawdzi-
wey słodyczy, post amara pocula uczucie. —

Bierze Jo Krolewska Mość Pan Nasz Miłosciwy pew-
ną otuchę, że znakomite Wielebnego Prezydenta Wiel-
możnego Xiążęcia Marszałka, y innych wybranych
Sędziów przymioty, przez swoią w Sądach pilność w Sen-
tencyach zgodną sprawiedliwość, nadgrodzą obficie prze-
teroczne omieszkanie, Co kolwiek zas w rękach i spra-
wiedliwym szafunku łaskawego Pana będz może dla
dobrych nadgrody, i zachęcenia, to wszystko Rekommendo-
wanym od Zacnego Trybunału Osobom, szczodrobliwie
ofiaruie, i według Czasu, słuszności, i proporcyi, chcywie
rzyści, a tymczasem o takowych Dobroci swoiey intencyach,
wszystkich miłosciwie upewnia. —

Na własne Jo Krolewskiey Mości Pana Naszego
Miłosciwego Rozkazanie. —

Literæ a Supremis Consiliarijs Ducatuum
Curlandiæ, et Semigalliæ ad Illustrissimum
et Excellentissimum Dominum Supremum

Regni Cancellarium scripto Mitaviæ Die 12. 8bris. Anno 1750.

Illustrissime etc.

Quemadmodum Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi incomparabilem Clementiam et plus, quam Paternam Sollicitudinem pro redeunda, in hos Ducatus Concordia, bonoq ordine stabiliendo, et in primis acceleranda plenaria eliberatione Illustrissimi et Excellentissimi Domini, Ducis Ernesti Joannis et reditu ut Regimine horum Ducatuum pheudalium, ex beneficio Sacræ Regiæ Majestatis, et Reipublicæ portire possit, insimulq non toleranda Protectione Judæorum Mitaviæ et in his Ducatibus per Gnosum Camerarium, et Aulæ Imperialis Russiæ, Ministrum hic degentem, de Buttlar attentata, venerabunda devotione magis admiramur, quam condignis Verborum elogijs evehere præsumimus, ita et Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, propensissimam Voluntatem et gratiosissimum affectum istos fines obtinendi, omnia nostra præconia, et gratissimorum Animorum Testimonia, longissime exsuperare, lubentissime confitemur. Eadem etiam Mentis submissione, qua Sacræ Regiæ Majestatis, benignitatem ineffabilem devenera-mur, et Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ, nunquam satis æstimandam benevolentiam et Curam indefessam, instaurandæ horum Ducatuum Tranquillitatis, præcipueq eliberationis præfati Celsissimi Ducis Nostri impetrandæ agnoscimus, Mandatis quoq Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi, tam ijs quæ hactenus ad nos pervenerunt, qm istis quæ ex Responso ejusdem Regiæ Majestatis ad suum Thronum oratenus Gnoso Alexandro Vilhelmo ab Heucking, tanqm privato Nobili horum Ducatuum indigenæ, dato nobis innotuerunt, et deinceps emanabunt, humillime obsequendi, ex vinculo Juratæ Nostræ integerrimæ fidei, firma Nobis stat, et in perpetuum stabit Sententia, haud secus, ac vigore similis nexus, Jura præminentiæsq Domini Ducali, ex Pactis Subjectionis primævæ et investituris Ducalibus debitas, nec

non libertates, et immunitates Gnoso Ordine Equestri tenore Pactorum eorundem et Privilegiorum Nobilitatis competenter et inviolabiliter observari curabimus. —

Proinde sicuti in Antecessum post Unionem, Anno proximè Anteriori ab Ejusdem Ducibus, et Autoribus, ac Sedecim Districtuum, Gnosis Deputatis consortia, tam ab omni acerbiori Verbo in Sermonibus et Scriptis abstinuimus, et solis validis Rationibus, et repraesentationibus malorum, et alijs Consilijs necessario enascensium, stylo lenissimo, Animos eorum, nulla alia de Causa, quam quod Rescripta Sacrae Regiae Majestatis Anno 1746to. emanata, ad ipsorum efflagitationem, pro nullis, et irritis declarare, et ulteriori Rescriptorum exportationi, una cum ipsis absistere recusavimus nimium quantum exasperatos molire, et flectere, debiti Sacrae Regiae Majestatis et obsequij, venerationisq communem facere, et in Casum, si cum fundamento Jura sua istis Rescriptis Regijs, lesa esse probare possent, Recursum ad Clementiam Sacrae Regiae Majestatis capessendum esse, ipsis insinuare studuimus, licet ipsi Gnosi Unionis Socij sibi ab injuriosissimis traductionibus, et Convitijs Nostrarum Personarum, et Dignitatum minimè temperaverint pari, ratione quoq in posterum famae et honori ipsorum parcemus, et omnis odij, erga eos, quod a Nobis et alienissimum Suspiciones evitabimus. —

Attamen Gsis Unionis Socijs, vicissim incumbit modestos se se gerere, nullos denus motus, et turbas, excitare, omnes excessus, contra Jura Ducalia intermittere, Impedimento non esse, quo minus Judicia temporibus statis celebrentur, Jus et Justitia administretur, et in tramite legum permanere, nec non è Gravaminibus suis, omnem Mentionem Actus Unionis, ut pote per Rescriptum Sacrae Regiae Majestatis, cum omnibus suis gestis, et Consequentijs cassati eliminare. Istud enim Rescriptum Sae. Rae. Mttis. ad omnes, et singulas suorum Ducatuum Districtus, transmissum nemini incognitum esse debet, et hinc pro Norma et Regula amplectendum est. —

Sed sive presagus solum rumor prohibet, sive forsan

-pronuntiis literæ Gnosi de Heucking, ex itinere in Patriam missæ, significaverunt, prope diem, á Gso Vilhelmo Alexandro Magno Torck Subjudice Tuckomensi, tanquam Plenipotente Gsi Ordinis Equestris, Conferentiam Fraternam, ejusq tempus et locum intimatum iri. Iam vero iste Subjudex Torck, facta jam scissione inter Deputatos Comitiorum Anni 1749. et Undecim Districtibus ignaris, et invitis assertu solorum Uniterum Nomine, et titulo acsi Plenipotentes Gnosi Ordinis Equestris insignitus est, Unde ipsa Plenipotentia, et ejusdem Nuncupatio, statim ab initio invalida fuit, et nunc multo magis est, postquam Sacra Regia Majestas, totum Unionis Actum, cum omnibus ejus Appendicibus, cassavit, et annihilavit. Quo jure ergo prætensa ista Plenipotentia, et Character Plenipotentiarij Gsi Ordinis Equestris revivisiere, et cum Manifesta oblocutione Rescripti Regij cassatorij, Vires, et Authoritatem in intimanda fraterna Conferentia, exserere potuit. Certe inde Argumentum extrueretur, Actum Unionis, ab initio substitisse, non corruisse, imo convalidatum esse. Quanta Mentium Gnosæ Nobilitatis in Undecim Districtibus alteratio, et collisio, ex tali ab isto prætenso Plenipotente Gnosi Ordinis Equestris, juxta imitatione Conferentiæ Fraternæ resultabit. Quæ Machina et pro nunc, et in succedens aevum, contra Iura Ducalia Formulam Regiminis, et Gubernium absente Principe Consiliarijs Supremis concreditum, ex patefactis, iam Gsi Subjudicijs Torck, per ipsius proprias litteras Circulares Principijs adjutoribus Socijs ejus præparabuntur, unde tanquam ex equo Trojano pernicies Patriæ pbabit. Avertat Deus propitius Omen, et Illmam Vestram Excellentiam præpollentem suam Authoritatem interpositurum esse, humillime confidimus, ne tristes adeo Eventus istam á Gnoso Subjudice Torck, præst Plenipotente Gnosi Ordinis Equestris expediendam intimationem, fraterna Conferentia subsequantur, Quando quidem nunquam, alias in his Ducalibus, Conferentiæ fraternæ locum habuerint, nisi casu isto existente, quo nec sub summo Nomine Sacræ

Regiæ Mttis, nec Principis vel Ordinaria vel Extra Ordinaria Comitia indicendi copia fuit, quæ tamen facultas, nunc præcisa non est, et inprimis fraterna Conferentia, sub directione Gnosi Subjudicis Torck per supradicta multorum præjudiciorum fomes futura esset, quibus præcavendis Nos intentos, esse oportet, ut in futurum omne tempus excusatissimus, in Nobis nullam Culpam istorum Eventuum residere. —

Præmissa hæc omnia, quæ Officiorum Nostrorum ratio, à Nobis exigit Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ, Judicio sublimi submittimus, qui gratiæ ejusdem, perenni Nos demissè Commendantes, indefessò Venerationis Cultu perseveramus. —

Illmæ ac Excellentissime Domine Supreme Regni Cancellarie, Domine Gratiosissime. —

Illustrissimæ Vræ Excellentiæ
Humillimi Obedientissimi Servitores
Christophorus Fridericus, a Sacken Landhoff Meisterus
H. C. Fink de Finckenstein Cancellarius. —
Otto Christophorus ab Hoven Oberburgrabius. —

Copia Responsi, ad Procedentes Literas, Magcis Supremis Canseliarijs Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ ab Illmo Supremo Regni Cancellario. Konscyis, Die 24. 8bris. 1750. Anno. —

Literæ Magnificarum Dominationum Vestrarum die 12. 8bris pervenerunt ad me, ex quibus colligo cum gaudio persvasas esse de mea obsequiorum meorum erga Domum Ducalem; et Mgcas Dominationes Vestras promptitudine. Feci ea quæ debui et spero etiam hosce Districtus, quos, reprobatio Unionis Eorum per me reddit, mihi forsitan offensos cum tempore, ob conservationem universi, me semper, egisse agnitum. —

Non opus est mihi, ut tempus velatam Veritatem mihi detegat, omnia in Negotio hocce Misteriose vix effugere Notitiam meam possunt, Nihilominus promovere non possum Magnificas Dominationes Vestras

ita fortiter, ut aliquam Partialitatis Notam non in Curam Gnoxiis. Dnus de Heucking Orator pro se suisq̃, Pro Domo Ducali, itero Magnificarum Dominationum Vestrarum loquebantur, quia tamen Scripturo omnis Actio nunquam ita fortis esse potest, quam repraesentatio vivo vocis, id circo remissius sub meam absentiam interesse Mgcarum Dominationum Vestrarum, propositum fuit, Ultimis Maj, Anni Deodante venturi me conferam Dresdam ad latus Serenissimi Regis, vellem omnino ibi, ut Mgcae Dnes Vrae Personam bene instructam pro illo tempore mittant. Ego de cotero omnem curam adhibebo, ut Lex in lege, Pax in Pace, Iustitia ab omnibus colla[..]ter, nunc maneo propenso Animo. –

Litero a Prs: Nobili Magistratu Gedanensi ad Illmum Supremum Regni Cancellarium die 9na Xbris. 1750. scripto. –

Illustrissime etc.

Exhibita Nobis fuit, die 11ma Mensis praeteriti Privilegiorum à Divis Sacro Regio Majestatis Domini Nostri Clementissimi Antecessoribus, Sartorum in hac Civitate Contubernio olim concessorum Confirmatio Regia sub Sigillo Regni Majore, die 2da 9bris Varsaviae expedita, Continent eadem Privilegia varia, quo si ad literam exequi oporteret, non tantum Iuribus Civitatis hujus, et communi Civium libertati, notabile quoddam importarent detrimentum, sed et publico tranquillitati turbando, facilem possent suppeditare occasionem. Postulavit igitur Nostri Muneris ratio, ut vestigijs majorum insistentes, super ijs omnibus, Nova jam Confirmatione Regia corroboratis, Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum devotissimo Venerationis Cultu debito informaremus. Quam quidem humillimam Informationem Nostram in Originali hic adjunctam, Illustrissimo Excellentiae Vestrae, mittere pro singulari, qua erga eandem erigimur fiducia, nunc audemus Illmam Excellentiam Vestram simul observantissime, rogantes ut Sacro Regio Majestati Domino Nostro Clementissimo, eam haud gravatim insinuare solidisq̃ ac efficacissimis

Remonstrationibus, gratiosissime suffulcire dignetur. Venerabimur novum hoc propensissimæ in Nos Voluntatis Documentum, devinctissimis pectoribus, omniq̃ qua fieri poterit. Studiorum ac Officiorum promptitudine, id demereri, sedulo, Annitemur. Qui de reliquo post Candida inconcussæ Valetudinis, omnisq̃ optandæ prosperitatis Vota Illmæ Excellæ Vræ, Constanti Gratiæ, ac benevolentiæ, Nos, et hanc Civitatem, enixissime commendamus. Dabantur. —

Literæ ab Eodem Magistratu ad Eundem Illmum Supremum Rñi Cancellarium 18. Xbris 1750. —

Obtinuerunt noviter Contubernia Fabrorum, tum Armamentariorum, tum Serariorum Confirmationes Privilegiorum Regias, sub Sigillo Regni, die 20. Julij et 11ma 7bris expeditas, quarum hæ die 16. 9bris illæ 4ta Xbris, hujus Anni, Nobis sunt insinuatæ. Cum autem non solum muneris, quod gerimus, ratio postulet providere, ne quidquam præjudicij inferatur Juribus, quæ Magistratui salvam esse volunt, et integram potestatem statuendi de ijs, quæ Contubernia, et Collegia, eorumq̃ utilitatem concernunt, verum etiam delatæ sint ad Nos mutuæ utriusq̃ Fabrorum Contubernij querelæ, multum ipsis per contraria sibi invicem Privilegia detrimenti inferri non potuimus, non harum rerum Causa Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum, devotissimo Venerationis cultu informare. Quam quidem humillimam Informationem, in Originali hisce adjunctam, in Sinum Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, pro singulari erga eandem fiducia deponere audemus, observantissime rogantes, ut Sacræ Regiæ Majestati Domino Nostro Clementissimo eam haud gravatim insinuare, solidisq̃ suis, ac efficacissimis Remonstrationibus, suffulcire gratiosissime dignetur. Illustre hoc, et novum gratiæ ac propensissimi affectus documentum, debita Officiorum Studiorumq̃ promptitudine demereri nunquam cessabimus, qui

de cætero post candida firmæ valetudinis omnimodarq; prosperitatum Vota, atq; ut Sacra, quæ instant, Nati Redemptoris Solemnia, quam felicissime transigantur, Constanti Illmæ Excellentiæ Vestræ Gratiæ, ac benevolentiæ, Nos, et Civitatem hanc observatissime commendamus. – Dabantur Gedani die ut Supra. –

Literæ ab Eodem Magistratu ad Sacram Regiam Majestatem Gedani die 4ta Xbris 1750. –

Serenissime etc.

Ut ex Muneris quod sustinemus Religione Publicis Juribus, omnium Civium Incolarumq; commodis invigilandum Nobis est, ita quando Singulis Sodalitatibus et Contubernijs, vel nova conferentur Privilegia, vel collata olim accessionibus augentur, providere fas est, ne Magistratus totiusq; Communitatis Jura attrectentur, ejusq; utilitatibus aliquid subtrahatur. Quare advertit Animas Nostros Contubernij Sartorum, a Sacra Regia Majestate Vestra Clementissime Confirmata Nobisq; per Notarium Regium, die 11ma Mensis 9bris præsentis Anni 1750. insinuata Ordinatio, cum importunis precibus impetratam, olim a Divo Rege Michaele Declarationem, qua privatis Personis, in Domibus Civium degentibus, et servientibus, Artificium Sartorum interdicitur, insertam, repetitosq; certos Articulos, dicto Sartorum Contubernio, à Divo Rege, Joanne III. Concessos legeremus, in quibus, de illegitimis, et Vagis Magistris, sub pœna decem Imperialium neq; in Civitate, neq; extra illam, ferendis, admittendisq; agitur, concessa Senioribus illius Contubernij facultate, deprehensos ejusmodi Magistros, absq; ope Satellitum seu Apparitorum Magistratus captivandi, Vestimenta confecta, aut nondum confecta, adimendi, nec non illos Mercatores qui paratas Vestes novas, in Civitate vel extra illam, Venum exponunt, Confiscatione Mercium coercendi amplicata Commemorata Regis Michaelis de-

claratione

ne Civibus in ædibus suis, vel privatarum, et servienti=
um personarum, vel Sodalium, apud legitimos, et Profes=
sos Magistros commorantium opera in sartiendis, et
reparandis Vestimentis, sub simili Decem Imperialium
pœna, uti liceat, Quam quidem Regis Michaelis Ordina
tionem et Ioannis III Articulos, Divus Sacræ Regiæ Ma
jestatis Vestræ Parens, Augustus Secundus, Clemen=
tissime Confirmavit. Cum vero Divus Stephanus in
Tractatu Portorij, pro rei ipsius æquitate, et Civitatis Iu=
re conservando, statuit Contubernijs Opificium, cæterisq[ue]
Collegijs, privatim Privilegia absque, minime danda, si
quæ etiam data sint. Nullam ijsdem Authoritatem Iu=
ris tribuendam esse. Magistratui vero more Majorum,
de Collegiorum, Corporumq[ue] Statutis, ex Civitatis ratio=
nibus, et communi utilitate statuendi Ius, Potestatemq[ue]
integram reliquit, Manifeste constat, non licuisse
Sartorum Contubernio, ad augenda contra Magistratus Ius,
et in reliquorum Civium damnum, Statuta sua implora
re, imo fatigare Divorum Regum Clementiam. Existi=
mamus enim esse durum, et minus commodum Civium
Nostrarum, domesticam libertatem, tam arctis circum=
scribi Cancellis, ut ne famulorum quidem Mercede
servientium operam, in resartiendis Vestimentis suis,
adhibere concessum sit, cum eo modo, reliqui Cives om=
nes, unius Sartorum Contubernij Arbitrario quæstui per
mittantur. Nec minus Tranquillitas publica in discri
men adducitur, et Iura Magistratus labefactantur,
quando privatis, quales sunt Contubernij Seniores in=
dulgetur in plateis manus alijs injicere, Captivos
trahere, pecunia mulctare, Res confiscare, qualia à Ma
gistratu, et Magistratus Authoritate fieri solent, et si
fiunt à privatis facile ad tumultus, viam sternere pos=
sunt, Nec reliqui Cives, æquo Animo ferrent, si Iure suo,
quo per longissimum temporis spatium, sine ullo impe=
dimento usi, in Sartorum gratiam exciderent, hiq[ue] soli
ex ipsorum injuria et damno lucrum caperent. Proinde
ut Iura, et vetustissima, imo perpetua Civitatis con=
suetudo, integra maneant, Sacræ Regiæ Majestati Ve=
stræ, Domino Nostro Clementissimo, quam immodestæ
illorum, qui Confirmationem Privilegij obloquente
Portorij Tractatu, aucti, et amplicati exportarunt preces
fuerint, et quantum inde Magistratus, ac Reliquorum

Civium damnum per Informationis beneficium humillime exponere Nostri Officij Nostrarumq Partium esse duximus. Valuerunt hæ, Majorum Nostrorum, et à Nobis repetitæ rationes apud Divos Reges, Michaelem et Joannem III. qui Privilegium Sartorum ampliarunt, valuerunt apud Divum Augustum II qui Amplicatum Morum Privilegium confirmavit, effecerunt q, ne Sartores amplicatum Confirmatumq hoc suum Privilegium in Magistratus, Civitamq injuriam, exercere sustinerent. Eundem etiam nos ex humillima Informatione præsenti Relatum fructum Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ per Orbem celebrata justitia, æquitas et Indulgentia sperare, imo confidere jubent, ut plane Nobis persvadeamus Sacram Regiam Majestatem Vestram benignissimam potius Iurium, Consvetudinum utilitatis Civium, et Magistratus Cujus Authoritatem illibatam servari, publicæ salutis interest, habiturum rationem, quam ut Sartorum Contubernium ex ampliato contra Iura, Consvetudines Magistratus Authoritatem, et in Civium damnum Privilegio suo, quæstum sentiat, et lucrum uberius. Erit hoc Novum Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ in Magistratum, et Cives Clementiæ Documentum, quod Nos, eo quo fas est Cultu Venerabimur, et humillimis debitæ Subjectionis Obsequijs, pæque nunqm intermittemus. Quod reliquum Deo Ardentissimis, supplicamus precibus, ut Sacræ Rⁱᵃᵉ Mᵗⁱ Vræ, cum Vita et columnitate omnium rerum Succesus qm felicissimos largiri velit, Dabantur Gedani. die et Anno ut Supra. —

Literæ ab eodem Magistratu, ad Sacram Regiam Mttem die 16. Xbris Scriptæ. —

Serenissime etc.

Fuerunt a longo tempore, inter Fabros Ferrarios, seu armamentarios et Serarios de Operibus quæ quiq fabricarent lites, quas Magistratus diremptu res, iam Aº 1632. descripsit, quæ ab Armamentarijs confidenda essent, quibusq abstinerent Serarij, quod tamen ad Serariorum preces Anno 1634º ita mutatum, ut his nonnulla Concederentur, quæ

Armamentarij, ante biennium obtinuerunt, non re-
pugnantibus Armamentarijs, quinimo cum Sera-
rijs sponte transeuntibus. Quidquid autem, tum Con-
stitutum Serarij, Anni 1635. et Armentarij Anno
sequenti priorem Anni 1632. Ordinationem a Rege
Vladislao IV. iterumq Anno 1677. a Divo Ioanne
III confirmari curarunt, à quo etiam proximo Anno
Rescriptum obtinuerunt, ad Magistratum et Fabros
Serarios, ut attenderet Magistratus, ne Serarij fera-
menta excuderent, quæ Anno 1632. Armamentarijs
tributa, et in suis facturos Confiscatione animadver-
teret. Cum tamen eodem Anno ante Citatum Re-
scriptum Serarij Privilegium impetrassent, in quo
singula ordine præscripta sunt, quæ ab Arma-
mentarijs quæve a Serarijs fabricanda, in quibus
plurima, Serarijs tanquam propria, tribuuntur, quæ
præcedenti Anno solis Armamentarijs, vindicata
fuerant. —
Exhibuerunt Divi Ioannis III Confirmationem Pri-
vilegii, et Rescriptum Armamentarij Fabri Ma-
gistratui, qui Divum Regem, humillime informare
non omisit, Serarij contra suum Privilegium
ad Magistratum haud detulerunt. —
Hæc autem inter se pugnantia Privilegia Novam
largamq inter illos, diversi generis Fabros, litium
præbuerunt Materiam, ut Contubernium utrumq
Magistratus, opem implorare necesse crederet, Cujus
Authoritate Anno 1704. reddita est Concordia, in-
stauratis ijs quæ Anno 1634. sancita additisq alijs
in quæ ipsi Fabri, inter se convenerant, quæ singu-
la novo Magistratus Consulto Anno 1736. firma-
bantur. —
Sed suscitantur, quæ planè sepultæ videbantur, ve-
teres contentiones, postquam præsenti Anno Sacra Re-
gia Majestas Vrã Fabrorum Armamentariorum
Serariorumq Privilegia confirmare Clementissime
dignata est, quæ Nobis per Notarium Regium
et Serariorum quidem, die 16. 9bris Armamenta-
riorum, die 4ta Xbris exhibita sunt. Secutæ sta-
tim, utriusq Contubernij mutuæ querelæ, suis Iu-
ribus Commodisq Officii et per contraria sibi in-
vicem Privilegia victum quotidianum, minui et
intercipi, additæ preces, ut Sacram Regiam Maje-
stalem

Vestram humillime informaremus, quo sibi suis Juribus, et Magistratus Ordinationibus, etiam in posterum frui liceat. —

Occurrit ejusmodi Contuberniorum aemulationibus, ex quibus Contentiones, simultates, aperta odia et intestini motus non nunqm oriuntur Salutari et praesentissimo Remedio Divus Stephanus, quando in Tractatu Portorij Contubernijs Opificium, caeterisq Collegijs, privatim Privilegia dari vetat, et si quae data fuerint, nullam ijs Authoritatem Juris, tribuendam esse praecipit, sed Magistratui more Majorum, de Statutis Collegiorum, et Corporum, ex Civitatis rationibus, et utilitate communi statuendi Ius potestatemq integram relinquit. Hac enim Divi Stephani Lege salva, non impetrabuntur Privilegia adversa, non involventur litibus inter se Contubernia, non distrahentur in partes qui communi Civium Vinculo contineri debent, non alij, cum aliorum damno, suum ampliabunt quaestum, et antiquis Ordinationibus, sine quibus Civitas tranquilla esse nequit, sua constabit reverentia et Authoritas, Nulli dubitamus, Serenissime Rex Domine Clementissime, Sacram Regiam Majestatem Vestram, ut caeteras Divorum Decessorum sic etiam memoratum R. Stephani legem ad exemplum priorum Serenissimorum Regum, sanitam, et illibatam, velle. Quod dum plane confidimus, pro Sacrae Regiae Majestatis Vestrae salute, Incolumitate, et Rerum omnium felicissimo Successu, ut Pios, fidelissimosq Subditos decet, Vota facere non cessamus. Dabantur Gedani. Die 16. Xbris 1750. Anno. —

Sacrae Regiae Majestatis Vestrae. —

Responsum ad Praecedentes Literas Magistratui Gedanensi ab Illmo Supremo Rni Cancellario iz 1ma Januarij 1751mo Konscyis datum

Prae: Nobiles. —

Pro: Nobiles etc.

Sollicitudinem et Vigilantiam Pro: Nobilium et Spectabilium Dominationum Vestrarum, in Conservationem Jurium et Consvetudinum Civitatis, et ad sustinendam Pro: Nobilis Magistratus Authoritatem, non sine maxima Animi delectatione animadverti in binis Informationibus Sacro: Regio: Mttis humiliter exaratis, quas mihi in literis die 4ta et 16ta praeteriti Mensis convenienti erga me fiducia insinuarunt contra subreptitiam exportationem Confirmationum Privilegiorum Contubernij Sartorum atq Fabrorum Armamentariorum Contubernij, Serariorumq in mea Cancellaria subsecutam. —

Non minor mihi inest cura tuendi, Jura et laudatas Consvetudines, unde utilitas Civitati, et Incolis Commoda emaneant, Via dissentionum praecluditur, et Unio inter Cives, Concordia inter Ordines excitatur, atq insimul Pro: Nobiles et Spectabiles Dominationes Vestras, in ea manutenendi, Authoritate quam Serenissimi Reges, in Sinu Magistratus reposuerunt, quare revera Regia est, à Magistratibus, eadem indutis exercita, ijsq tradita, ut legum publicarum, observantiae in Civitatibus attendant, quieti operam dent, Commodis et Necessitatibus Civium Consulant, à quibus tanquam Patres et Judices in Civitate, de eadem bene meriti, pari Reverentia, Amore, atq gratitudine afficiantur. Non is proinde esse potuit Serenissimorum Regum, Animus, per Privilegia satis concessa, ut hanc Sacram Authoritatem, per Magistratus custoditam diminuerent, et cum Sartorum Contubernio, quodammodo partirentur, ijsdem tribuendo facultatem, Cives et Incolas captivandi in Civitate Merces confiscandi, et adimendi, aliosq sine et inscio Magistratu, Actus Jurisdictionis exercendi, qui Magistratus tantummodo sunt, Ordo Civitatis postulat, hanc tumultuosam facultatem Ipsis adimi, fruantur Privilegijs quaecunq habent amplissimis, sed Cognitio Privilegiorum, rerum saltim in Privilegijs contentarum,

observantia sit, soli Magistratui reservata, qui de non praestita Civibus assistentia, aeque non adhibita Justitia tenebitur, in Judiciis Sacrae Regiae Majestatis. Posse curialibus respondere, sic de Fabrorum Armamentariorum, et Serariorum Privilegijs sentiendum est, quoniam contraria inter se inveniuntur, non eam fuisse Intentionem concedentis, ut fomitem praeberet, litibus adhuc minus, Intentio esse potuit, Sacrae Regiae Majestatis, eadem confirmandi, et hoc modo, renovandi, Antiquas inter ipsos Fabros Contentiones, quae per Transactiones, Annorum 1704. et 1736. sub Authoritate Magistratus, juxta allegata, per Praenobiles, et Spectabiles Dominationes Vestras sopitae erant. —

Mandentur qua propter Sartores, et Fabri Armamentarij, atque Serarij, ad reponendas in Cancellaria Confirmationes, quas ad instigationem duntaxat, Animorum turbulentorum in Consulto petierunt, quasve non Concessisse, tanquam Serenissimus Rex Dominus Noster Clementissimus si de intercicitis Actis, constitisset Cancellariae. Quae ad Similitudinem Molitoris, ea molet grana, quae ad molum feruntur, et cujus non est quaerere, utrum exhibentis sint, vel furto ablata periculo petentis, Privilegia Sigillantur, salvis tamen legibus, Transactionibus, et Consvetudinibus, in Contrarium vigentibus, atque reponibilia fiunt contra Exportatores. Quo Remedio Praenobiles, et Spectabiles Dominationes Vestrae, ex debito Officiorum suorum usurae sunt, instantanee quod superest acceptas vero Responsorias Praenobilium et Spectabilium Dominationum Vestrarum die 11ma Xbris, cum Informatione, circa praetensiones, et Causam ante Judicium Scabinale vertentem, Infidelis Missonowicz, contra olim Defunctum Ziryk, ex qua video, nullam superesse dicto Infideli, spem recuperandi pecunias, sibi furto ab eadem Ziryk oblatas propter exhaustam hujus Substantiam et Culpa tantum Infidelis non vindicantis rem suam, nulla autem intercedente, tam penes Judicium Scabinale, quam Praenobilem Magistratum negligentia

vel Justitiæ retardationem, qua in parte Faxit Deus Ter Optimus Maximus Moderator rerum, et Sanctæ Justitiæ Rector, ut Præ: Nobiles et Spectabiles Dominationes Vestræ, in Judicia Sacræ Regiæ Majestatis nunquam peccasse invenicantur. Retardatio enim, vel denegatio Justitiæ origo omnium malorum, semper erit quippe quæ ipsam, et oritur, ex avaritia Magistratus, vel negligentia, aut ignorantia convenientiâ odio, aut privata Vindicta, unde Civitates evertuntur, in ijs omnibus, quæ occurrere possunt, leges habetis apertas, Jura Consvetudines, Statuta; quæ Vos adhuc dubia manentem, secundum ea, quæ scripta, et in consvetudine sunt, coram Deo, et Rege, in Amore, æquitate, et Justitiâ erga Cives, agite, et judicate. Hæc sunt Consilia, et Vota, quæ ineunte hoc Anno pro Vestra Civiumq utilitate cordicitus emitto, non intermissurus unquam Legum invigilare indemnitati Præ-Nobilis, et Spectabilis, Magistratus Authoritatis manutentione, atq rerum Civitatis Incremento. Dabantur Konsqis Die et Anno ut Supra. —

Præ-Nobilium et Spectabilium Dominationum Vestrarum Amicus ad Officia paratus. —

Rescriptum ad Generosos Præfectos Metrices Regni ut unus Eorum condescendat cum Actis ad Conventum Varsaviensem Monialium Visitationis B.æ V.s M.æ die 9na Xbris 1750. ex Cancellaria Regni expeditum. —

Augustus etc.

Generosis Francisco Cichocki Majoris, Ignatio Ludovico Nowicki Minoris Cancellariæ Metrices Regni Præfectis et Secretarijs Nostris Fideliter Nobis Dilectis. Supplicatum Nobis fuit Nomine et pro Parte Religiosarum Superiorissæ

Conventus Varsaviens Visitationis Bsmae Vrgs Mariae atq Clarae in Saeculo, in Religione vero Mariae Narzymska, Palatini Pomeraniae, et Annae de Czapskie Conjugum Filiae Matrimonialiter procreatae nondum professae Acta Publica adire non valentium. Quatenus Fidelitatibus Vestris sive uni Illorum ad praefatum Conventum cum Actis Metricae Regni propter recognoscendam abrenuntiationem, aliasq Transactiones recognoscendas, et in similibus observatas, condescendere facultatem daremus, et concederemus. Cui Supplicationi Nos benigne annuendo concedimus, et facultatem damus Fidelitatibus Vestris seu Uni Illorum cum Actis Metricae Regni ad Suprafatum Conventum condescendendi, Transactionesq per Easdem Deodicatas Moniales recognoscendas ad fflibata Acta suscipiendi, Secus Fidelitatis Vestrae seu Unus Illorum non faciat pro Gratia Nra et Officij sui Debito. – Datum in Cancellaria Regni die ut Supra et Anno. Regni vero Nostri XVII. Ae.

Ad Mandatum Sae Rae Mttis Dni Nri Clmi proprium. –

Rescriptum ad Nobilem et Spblem Magistratum Cracoviensem pro Parte Collegij Societatis IESU. SS. Petri et Pauli Aplorum Cracoviae Die Xbris Anno 1750. In Cancellaria Regni.

Augustus etc.

Nobilibus et Spblibus Pro Consuli Consulibus Totiq Magistratui Urbis Nrae Cracovien Fideliter Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Nobiles et Spectabiles Fideliter Nobis Dilecti. Expositum Nobis est pro Parte Religiosi Rectoris totius Collegij Socie: IESU Ecclesiae SSorum Petri

et Pauli Apostolorum Cracoviensium. Quomodo a dicto Collegio per Nobilem et Honoratum Josephum Antonium Szeliga Civem et Mercatorem Cracoviensem, ac Ejus Consortem in Anno 1746. Summam Tredecim millium Florenor. Polonicar Contractam, ac in omnibus Bonis suis, et Consortis suæ assecurata esse, ratione cujus Summæ et Provisionis post expiratum Terminum in Obligatione præfixum. Is idem Nobilis Szeliga ad Officium Fidelitatum Vrarum citatus fuisset, ab exceptionibusq et Dilationibus Ipsi amputatis Literas Prosecutoriales trinas distinctis temporibus a Decretis Fidelitatum Vrarum extraderet. Quæ tamen in Judicijs Nostris Assessorialibus ob earum insubsistentiam cassatæ erant, vigore quarum cassatarum trinarum Prosecutionum Prædictum Collegium Causam eandem in Officio Fidelitatum Vrarum continuando Decretum Solutionis ejusmodi Summæ in Officio Fidelitatum Vrarum prolatum est. a quo Decreto quia sopeditus Nobilis Szeliga ad Nos Judiciaq Nostra Assessorialia appellaverat. Officiumq Fidelitatum Vrarum habita ratione Notabilis Summæ eandem Appellationem admiserat. Qua stante Appellatione admissa, quoniam Supradictum Collegium Socie: JESU querulaE. ac si Idem Nobilis Szeliga Merces et res suas in Fraudem Creditorum disperderet. Hinc Nobis Prdictum Collegium Supplicari fecit, quatenq verificationem Pmissæ Dispositionis ac Desolationis Fidelitatibus Vestris committere dignaremur. Cui Supplicationi tanquam justæ benigne annuentes, ac eo tanto quod Bona debitoris sint Hipotheca Creditoris, obviandoq Integritati Creditorum, id negotium committendum esse duximus, committimusq præsentibus Literis Nris. Mandantes Fidelitatibus Vestris, Quatenq non attentis quibusvis Ejusdem Nobilis Szeliga Oppositionibus et Citationibus de Suprafata Dispositione mobilium et desolatione immobilium investigent, et investigari faciant, Etsi præmissa allegatio Collegii Societ. JESU verificabitur de Securitate Crediti sive per

Cautionem, sive etiam per Sequestrationem Mobilium, et per Inhibitionem de non alienandis Bonis immobilibus ad finalem Decisionem Causæ in Judicio Nostro pendentis provideant, ulterioremque Dispersionem Debitori faciant, et quidquid Fidelitatibus Vestris in præfato Negotio pro Securitate Creditorum Suprascriptorum justum esse videbitur id totum perficiant, Suumque Conclusum et Resolutionem ad Executionem deducant, committimus et injungimus. In quorum Fidem præsentibus Sigillum Regni est appositum. Datum ut Supra in Cancellaria Regni. —

Index Transactionum Contentarum. —

Folio

Folio.

405

Folio

Folio

Folio.



